



109

Philol.

R  
1708

132.1087.

ACADEMIA  
DORPATENSIS  
S  
IVNTAS  
II.

1251

GALENI DE  
RATIONE CVRANDI

AD GLAVCONEM  
LIBRI DVO,

Interprete

Martino Acakia Catalaunensi,  
doctore medico.

Eiusdem interpretis in eosdem libros  
Commentarij.



BIBLIOTH:  
ACADEM:  
DORPAT:

VENETIIS APVD IVNTAS

M. D. XLVII.

S S Y  
O. Y. S.V

Εἰς τὸν γαληνοῦ τὸν πρὸς γυλάμωνα θεραπευτικῶν  
ἐξηγητὴν Ἰακώβου Τουσανου.

Σμικρῆς μὲν σελίσειν ταύτης, κρυφίης δὲ γαληνῶς  
τὴν καθόλου μάρψας πῆξεν ἃ κεσορίην.  
Οφεί γὰρ Ἀκάκιος λαμπραῖς, ὡς ἄλλος Ἀπόλλων,  
Ἀκτίσι ζοφερὸν τὸ σκότος ἐσκέδασεν.

ANTONII, GALLI DOCTORIS  
Medici ad Martinum Acakiam.  
decastichon.

*In triuijs quondam solitus dubitare uiator,  
Stare loco, cœptam nescius ire uiam.  
At Maia genitus fesso succurrit, & illi  
Quod erat in notis indice se exhibuit.  
Quid nunc Martinus solus monstrator? in arte  
Nempe dei partes gessit, & unius habet.  
Quod cernens stupuit deus, aligero pede terram  
Succutiens cœlos euolat, hæc & ait:  
Perge alijs monstrare uiam, iamq; ipse faceffo:  
Nam medicina tuo deuiat haud digito.*

4-II A

5251

ΒΑΤΙΝΙ ΟΥΝ ΤΙΤΕΝΥ  
M . D . M  
LXXV . D . M

159680460

Martinus Acakia Lectori.

**M**edicina scientiarum omnium nobilissi-  
ma, antiquissimaq; , magna caligine se-  
pulta, ac obruta, iam studiosorum quorundam  
diligentia, & industria enitescit. Numerosissima  
enim studentium pars, hanc artem ad quæstū tra-  
here uolens, temporis compendia sequi maluit,  
quam lōgiori tempore artis pulchritudinē que-  
rere: Itaque a Primis discipulis, male etiam intel-  
lectis, protinus, non ad artis medicæ principia,  
sed ad finem transit. Artem enim prius exercere,  
quam intelligere uoluit alieno periculo. Auicen-  
nam igitur medicæ artis principē fecit, primasq;  
illi tribuit: Hippocratem uero ac Galenum, duo  
medicinæ lumina, magno artis dispendio, e me-  
dicorum teatro explosit: Illum q; contracte,  
pressequ; , proindeq; obscure: hunc uero, q; late,  
sed confuse rem medicā tractasse diceretur. Aui-  
cennam uero, quod artem, ut autumat, & bre-  
uiter, & luculente tradidisset, sequi maluit: quem  
tamen cōstat chaos quoddam, ac indigestam mo-  
lem, potius quam ordinatam doctrinam condi-  
disse. Omnia enim cum omnibus, sine ordine,  
sine uia ac ratione miscuit, vastumq; opus effe-  
cit, infinitis propemodum erroribus refertum,  
humano generi perniciosissimis. Quot enim ho-  
minum milia una Auicennæ, aliorumq; Arabū  
de sanguinis missione ex opposito latere in pleu-  
ritide, alijsq; internis corporis inflammationibus,

✠ ij

opinio iugulauit hoc tamē Auicennæ sectatores intelligere non possunt, adeo huic opinioni inueterata Arabis authoritas ceruicosos istos ac marmoreos addixit. Exprimi enim non potest, quā cæcæ confidentiæ, quam perditæ audaciæ eiusmodi homines hanc artem cœdent, literarū omnium prorsus expertes. Nullos enim non suscipiunt curandos, inani pollicitatione misere vulgo imponentes: omnesq; tam qui curari possunt morbosos, quā qui curationem non admittunt, ex quo (nisi quos fata seruant) enecant. Quisquis igitur ad hanc disciplinam studium suum collocaturus est, educatum ac versatum in liberalibus ac bonis disciplinis esse oportet. Deinde optimos præceptores vel audiat, si fieri omnino potest, vel certe legat. Itaq; Galenum, medicorum solum huius artis præcepta facile, luculente, ac absolute docentem, imitandum esse suadeo, non autem Arabum doctrinam obscuram, mutilam ac mancam, erroribusque scatentem. Longe enim plus commodi vel ex hac Galeni ad Glauconem curandi ratione, quam ex vniuersa Arabum doctrina te assecuturum, siquidē diligenter hanc euolueris, ac intellexeris, confidenter affirmo. Quam nos e Græco in Latinum vertimus, ac enarrauimus, quam potuimus diligentissime, sed quam feliciter id assecuti simus, tuum esto iudicium. Quod si tibi boni consultū esse intellexero, quas meditor lucubrationes reliquas, in vsum tuum ædam. Vale.

INDEX EORVM QVAE HOC IN

Libro notatu digna continentur, quanta fieri potuit diligentia per paginas collectus.

A	modo fiant	47
Abscessus notæ	197	Animi deliquij curationis modo
Abscessus curatio	310	di varij
Abscessuum materia in varias		Andronis pastillus
corruptitur formas	308	Anodyna vere
Accidentia necessario inflam-		Anonioribus ad ignotiora ars
mationem sequentia	216	procedit
Accessionū diuersitatis cā	69	Apostema seu abscessusqd
Accidentium diuisio	216	Abscessus vnde
Acopū quid	301	Actiōes
Aer attractus quō vitieē	140	A qua febris qua febris est ppe-
Aequali excessu contrarius ex-		tuo conuenit
cessus pellitur	9	A qbus curatio auspicanda
Aequinoctium	93	Aristoteles
Affectus rheumatici	239	Arteriæ pulsus nature idex
Aliter docendum, aliter opera-		Artuū musculorumq; inflato-
tranda	4	rū curatio
Alui excrementorū notæ	197	Ascites
Anasarca	359	Astrigētia siccitati iūmica
Animi mores temperamētum		Astronomia q̄tenus medico ne-
patefaciunt	25	cessaria
Animi curæ febrē gignunt	29	Atheroma
Animi deliquiū ab vtero	152	Atra bilis semp deorsum edu-
Animi defectus sine ope quo		cenda, nisi alio feratur
differat	139	Atræ bilis repurgande rō
Animi emotiones q̄ quas affe-		Auerfionis species
ctiones relinquunt	47	Auicennæ error
Animi motus	43	Auicenna
Animose facultatis motus quo		Aurota
		Barbara emplaftra
		Balneum diariæ vtile
		Balnei dulcis aquæ vis

*In libro Galeni de  
Medicina Lib. 1. c. 1. p. 1.*  
INDEX.

Balneum diarijs febris cō-	Carne replentia	315
modissimum	Cataplasma ad inflammatio-	
Balnea quibus cōducant, quō-	nes	226
bus non	Cauitas	22
Bilis cōmoda uacuatio q̄	Causis infestantibus cōtraria	
Bilis atra triplex	opponenda remedia	62
Bulimus vñ, et ei <sup>9</sup> curatio	Causæ sanitatem seruantes	22
Bubo quid & vnde	Cauitas oculorum	50
Bubonum causæ	Causæ in affectus resoluunt	19
Bubonum causæ	Celsus	247. & 257
Bubonis curatio	Celeris & frequētis pulsus cau-	
Bulimos	sæ	43
C	Cerebrū rōnis principium	47
Cacoethe vlcus quid	Cirrhæ 320 Chirurgia i cācris	
Calor natiuus duplex	temere non adhibenda	346
Calor febrilis	Cyrenaicū medicamentū	122
Calor febrilis in diuersis par-	Clyster	107
tribus diuersas gignit febrū	Coctio & cruditas quid pro-	
differentias	mittant	180
Calor tertianæ	Cognoscere cōmunē et minus	
Calor naturam indicat	cōem oīum hominū naturā	3
Cancer genus quod curetur,	Cognitio morbi, eius curatio	
quod non	nem præcedit	200
Cancer sine vlcere & cum vl-	Color temperaturā ostēdit	24
cere vnde	Communia	17
Cancrorum ortus	Cōis oīum hominū natura	2
Capitis dolentis curatio	Consuetudo quid	134. & 146
Caput quomodo afficiat	docet 24 Cōtinuitatē q̄ sol-	
Carbunculus vnde & eius na-	uant	169
tura curatioq̄	Cōtraria que	254
Carbo pestilens vnde	Cōtrariē positioē ptes q̄	256
Carbunculus vnde	Conuulsio quomodo fiat	130
Carni grāndē idōea med.	Cor tanq̄ rex in corpore	186
	Cor animosæ facultatis prin-	

*Comunis Curandi. Indicatō a cōtrariis  
quibusq̄ matari. cōtingit 279.*

INDEX

capitulum	47	Deliquitum animi ab immode-	
Corporis partium diuissio, ea-		rata intempetie	142
rumq̄ affectus	199	Deliquit animi variæ deiceps	
Corporis habitudo eandem		recitant cause, & curatio	167
vim habet	24	De naturæ motu	192
Crassus humor multiplex	210	Deligaturæ in sinu ratio	326
Crassa ac viscosa medicamen-		Deriuatione quā utendū	252
ta motu pigra sunt	3	Diariæ febres facillime curan-	
Crisis quando salubris	192	tur	30 & 32
Crisis quando bona, & quādo		Dies decretorij	188
contra expectanda	192	Diariæ malis accidentibus ca-	
Crisis signa prognostica	179	rent	42
Crisis quid	278	Diariæ cur simplicissime	28
Crustā à partib <sup>9</sup> solutiō	339	Dierum decretoriorum singu-	
Cruentorum excrementorum		lorum vis	192 & eorūdem
quatuor species	171	ratio	182
Cucurbitulæ vis	253	Diaspolicon	220
Cur cōia tantum scribat	15	Diuisionis error	20
Curarum accidentia	49	Diuissio πολυσήμου i sua signi-	
Curandi ordo	5	ficatione	192
Curis rhacodes unde	333	Diuissio accidentis i subiecta	20
Curis dēstitas qd & vnde	53	Digerentia molliendo	289
D		Diuidendi ratio ad curationē	
Defectionis ex superuacuo ca-		pernecessaria	22
lore curatio	160	Diuissio subiecti in accētia	19
Defectionis ob ingentem in-		Diuturnæ febris signa	86
flāmationem curatio	161	Doloris differentia, ac qualita-	
Defectionis ex vehemēti refri-		tes vnde sumantur	174
geratione curatio	159	Doloris causæ	169
Deliquit animi ab obstructio-		Dolor quomodo sedetur	308
ne insignis ptis curatio	165	Dolor trifariam sedatur	308
Deliquit animi à crudis hu-		E	
moribus curatio	152	Effectus in suas causas re-	

INDEX

soluitur	19	Febris cur cognoscenda	66
Elementa quō miscant	183	Febris diariæ ex bubone acci	
Elephantiasis	350.351	dentia	56
Επιπεραστις	259	Febris quotidiana causa	123
Erysipelatis curatio	232	Febris ex lassitudine	51
Erysipelas duplex	208	Febres ex bubone q̄ malæ	29
Erysipelas exq̄sitū duplex	209	Febris putris notæ	49
Euacuādi rō pro t̄p̄is cōstōne		Febrū q̄ ex humoribus accen	
& cōsuetudine istituēda	133	duntur diuersæ species	27
Exedētis herperis curatio	239	Figura	22
Emmotum quid	320	Finis in sua media	19
Επιπεραστιδον quid	301	Fluxio quō impediatur	223
Exemplum de quodam adole		Flauus color	54
scēte	93	Fluxionis in aliquam partem	
Emplastrum quid	320	affectam curatio	243
Ex ytero quō reuocandū	259	Flatus causa	390
Ex ytero quō deriuandū	259	Fluxio quomodo fiat	149
Epigoni emplastrum	320	Fluxionis differentia vnde su	
Ex oculis animi mores depre		mantur	254
hēdunt	46	Fistula quid, eiusque curandi	
Excremeta	22	ratio	330
Exemplum ex Galeno	216	Forma instrumenti	28
Externū calorē quid vocet	63	Frigus cūrem claudit	30
Exemplū de p̄gressione, q̄s cu		Frigus cō Frictiōis uis	253
iussq̄ particula sit vsus	215	Frigida facultas	247
F		Fermenti natura	312
Febris substantia	34	Furor febrem generat	29
Febres ex bubone q̄ mites	29	Furoris accidentia	50
Febris assidua notæ	98	G	
Febrū principes notę ex qui		Genus in species diuidit	19
bus desumantur	34	Gangrenæ curatio	335
Febris ex cutis densitate	54	Glandulæ cur facillime fluxio	
Febris continua quō fiat	66	nes recipiant	204
Febris intermittēs quō fiat	65		

*Febris intermittēs notę ex qui  
bus desumantur vult 58. 669*

*andō febrū q̄ Intermitte  
epidētiā sicut opor*

INDEX

Glandularum natura	280	litas	38
H		In diuersis indicationibus ur	
Hæmorrhoidarum notæ	196	gētiori primū cōsulēdū	136
Hecticæ febris differentia	28	Indicatio a sensus acumine &	
Herpetis vtriusq̄ curatio	239	hebetudine	277
Hippocrates	266	Indicatio a ptis facultate	274
Hispanica scabies	243	Indicatio a ptis formatiōe	249
Hypothesis de folle	77	Indicatio a reb. p̄ter naturā	23
Hypothesis de febricitante cū		Indicatio a partis robore	276
symptomate	129	Indicatio a partis situ. 252. &	
Horror	69	270.	
Imbecillitas quid	156	Indicatio omnium morborū	
Iecur concupiscentiæ est prin		communis	279
cipium	47	Insensilis transpiratio	40
Iecoris scirrhus curatio	295	Inflammationis causæ quædā	
Iecur vehementia vti lien me		& curatio	229
dicamēta non fert	295	Inemperantiæ octo	156
Iecoris scirrhus iuuetatus in		Innumera hominum particu	
sanabilis.	205	lares naturæ	31
Imbecillitas frig <sup>o</sup> refugit	157	Inæquale incrementum quan	
Inchoandum semper a leuio		do appareat	36
ribus	295	Instrumentorum fabrica qui	
In curis & cogitatiōib <sup>o</sup> corpo		bus absoluatur	23
ris habitus minus exiccat	46	Inequalitatis sensus causa	41
In cognita propria egroti natū		Intermittēdū febrū curatio	8
ra ad cōe cōfugiendum	17	In omni inflammatiōe pulsus	
Indicatio a rebus secūdum na		est ferrans	37
guram	22	Intemperantiæ diuisio	23
Indicationes a quatuor gene		Inflamatiōis diuisio priā	202
ribus	247	Incisurarum diuisio	312
Indicatio a tēperie partis	247	Inflammationis species	199
In diarijs nulla pulsus inguar		Inflammationū causa & cu	
ratio		ratio	200

X INDEX.

Indicationes vnde petēde	138	Magnitudinē que indicēt	107
Inæqualis pulsus causæ	43	Magna inter diatrias cognatio	32
Intercutis origo	357	Magni pulsus causæ	43
Intēperierū quatuor curatio	243	Methodus vniuersalis	5
Inflammationis causæ	203	Medicamenta elephantiasis accommodata	253
Inflāmatio erysipelatodes & erysipelas phlegmonode qd, & eorum curatio	234	Medicamentum dolorem citra noxam leuans	224
Iracundia febrem gignit	28	Medicamenti ex cōbusta charta compositio	319
Iracundiæ pulsus	43	Medicamenti ex chalcite compositio	227
K		Mensis reuolutionis	189
Καυδός 22 Καυδός δέξυς 12		Meliceris	356
L		Mensis medius qui & criticus, vnde	190
Labrorum vlcis vitiatorū curatio	243	Mensium notæ	196
Lassitudinis sensus febrem facit	28	Mēsis illuminationis qd	189
Lesbium vinum	149	Mœstitiæ & curæ signa differunt	46
Leucophlegmatias	359	Mœror febrem parit	28
Lienis flatuosi curatio	293	Miliaris herpetis curatio	240
Lienis scirrhosti curatio	292	Modus cibandi vñ sumæ	60
Longitudo quomodo deprehendatur	100	Morbi diuisio	23
Locus cui adhibet̄ remedium formæ medicamēti docet	12	Morbi species, mores & magnitudo vnde noscat̄	216
Lunæ in morbis imperiū	190	Morborū differētiæ vnde	212
Lunæ uarij effectus pro figurarum varietate	189	Morborum mutatio	178
Lunæ lucis ratio	186	Morbi saluta. aut contra notæ	180
M		Morbi diuturni paribus diebus iudicari solent	188
Mados	40		
Māuetissimæ febris signa	40		
Malæ febris accidentia	40		

*γυνδία 20-21 256*

*quæ plin. eadē. Junon. Sabilla. 2m. 102.*

*quæ plin. eadē. Junon. Sabilla. 2m. 102.*

INDEX

Morbus	2	Notæ febris minus certæ	34
Morborū succincta recensio, atq; curationis ratio	279	Nominum ratio varia	212
Musæ pastillus	241	Nouem modis elementa miscentur	21
Machæronis emplastrū	320	Nouem symmetriæ	21
Mulsa variæ coquitur	152	Nouem hominis naturæ	2
N		Notæ caliditatis	78
Narcoticum quid	301	Nutritum quomodo deficiat	141
Natiui in corpore variū colorum res	276	O	
Natura sanguinis & carnis genitrix	340	Obscura signa	33
Necrosis	334	Occasio	12
Natiuus calor quō seruet̄	64	Oedematis natura eiusq; quætenus symptoma est curatio	282
Natiuum calorem perdētia	334	Oedematis duplex cura	284
Natura quomodo ad suam reuducatur temperiem	111	Olea repellentia	176
Natura iuuanda	108	Oporæ	105
Naturalis vrina qualis	54	P	
Natura ascititia	2	Partes principes corporis	165
Nāse diuicūda explicat	148	Phæa	320
Naturę motus qualis esse debet	197	Polychrestō medicamētū	316
Natiuus calor duplex	26	Paulus Aegineta	240
Natura intra certos elementorum fines continetur	2	Pyritis lapidis uel molaris ministratio	291
Natura subitas mutationes non sustinet	12	Pus mouentia	310
Non in omnibus diatrijs eodem modo nec eisdē balnei partibus, nec eadem victus ratione utendum	60	Partiū corpis naturæ, actionis & vsus cognitio morbo conoscēdo necessaria	214
Notæ à pulsibus	76	Pansionis pastillus	241
		Partium diuisio duplex, eiusq; intellectus	273
		Particulares naturę sub artem non coguntur.	3

*panis yncōistos ecc. autopros. 305.*

I N D E X

Partes que precipue febre ob-	Putredo quid, & eius causa, & sidentur	34	Aristotelis sententia	64
Pallidus color	54	Pulsus quotidianū febriū	83	
Partis formatio medicamenti	quantitate præscribit.	10	Purgantia blande	104
Partitio	19	Pulsus inæqualitas in diuersis	arteriæ partibus	38
Parui pulsus causæ	43	Pulsus dicrotus	39	
Partis conditio	10	Pulsus inflammatione idem per-	petuo non inanet	37
Pecus Brissous	257	Pulsus tertianarū oīum inter-	mittentium celerrimi	77
Peculiare quoddā remediū tū	locus tū affectus desiderat	8	Pulsus iracūdiæ & furoris	45
Pertinacia affectus medicamē	ti quantitatem variat	10	Pulsus in animi affectibus qua-	les
Particularem naturam cogno-	scere	3	Pulsus tertianæ, aliæq; eius acci-	dentiæ 72. Pulsus causæ
Phyma quid	212	Pulsus alti causæ	43	
Phygethli curatio	237	Pulsuū inæq̄litas duplex	166	
Piper triplex	119	Putrefactiōis idē modus apud	medicos & philosophos	64
Phymatis curatio	236	Putrescentiū in animantis cor-	pore partium ordo	65
Poina	105	Putredo quomodo fiat	63	
Privatæ naturæ medicamenti	modum variant	10	Purgationis effectus	252
Primæ qualitates	7	Quādo ad p̄pinqua, q̄n ad lon-	ginq̄ua reuocandum	267
Prima diariæ accessio quomo-	do intelligi debeat	39	Quartanæ signa	73
Primum caloris naturalis ge-	nus	26	Quartanæ febres uagis fere suc-	cedunt
Propria cuiusq; natura	3	Quartana victus ratio	118	
Post lauatiōnē ad solitā uictus	rōnē eger est relegandus	30	Quartana febris	89
Polyidæ passillus	240	Quadrangulis maximā vis		
Putredinem auferentia	336			

I N D E X

inest	187	Quotidiana febris	89
Quartanæ signa precipua	79	Quotidianarum signa	83
Quando in hydrope purgan-	dum	362	R
Quantitas	9	Rarus pulsus	75
Quartanæ curatio	117	Ratio adhibendorū purgantiū	medicaminum
Quādo in diaria cibandū	41	Ratio adhibēdarū qualitātū	7
Quā in hydrope purgādū	301	Recessus a iusto tēpamēto ad	amulsim nō dephēdit 3 & 4
Quantitas morbi quid	100	Refrigeratiā medicamēta	233
Quatuor instrumenti sanitatis	differentiæ	21	Remedia variantur pro partiū
Quantitas sensiles	22	affectarum diuersitate	247
Quartanæ sig. min <sup>o</sup> p̄cipua	80	Remediorum opportuna tēpo-	ra ex quibus sumantur
Quæ primas sequāt q̄litates	7	Remediorum tēpora particu-	tim ex quibus petantur
Quæ ex ambabus nascantur	qualitatibus	ibidem	14
Quæ propriæ cuiusq; naturæ	cognitionem suggerāt	23	Repellendi ratio
Quæ substantiæ concremen-	tum sequantur	7	Res præter naturam
Quæ remedia efflagitent	12	Respiratio quomodo prohi-	beatur
Quibus notis post cōpositos	animi motus febris depre-	hendatur	45
Quid in curatione magis ur-	get	5	Rigor quid
Quibus signis febris mores de-	prehendantur	39	Robur vnde noscatur
Quibus uniuersalis methodus	constet	7	Rufus color
Quot modis elementa miscen-	tur totidem naturas esse	2	S
Quotidianæ accidentiæ	123	Salsamentum quid	119
		Saliuæ ratio in pleuritide	218
		Sanguinis misionis in pleuri-	tide ratio
		Sanguinis misionis i costarū ite	262

I N D E X

riorū pleuritide an utilis 266  
 Sanguis quādo mittendus 126  
 Sanguinis misio, vehemensq;  
 purgatio i tertianis exquisitis.  
 parū probant Galeno 208  
 Sanguinē sistentia 150  
 Sāguis è narib<sup>9</sup> fluxui notē 196  
 Sanguis quando in hydrope  
 mittendus 361  
 Sanguinis misisionis in inflam  
 matione ratio 256  
 Sanguinis misiois ratio in ute  
 ri affectu 262  
 Sanitatis effectus 22  
 Scarificationis & hiruudinū  
 vis 253  
 Scirrhī qui incurabiles 289  
 Scirrhū qd, & ei<sup>9</sup> curatio 288  
 Scdm calorīs nālis genus 26  
 Secundi generis naturalis calo  
 ris differentia 27  
 Secunda partes 27  
 Sectionis venae effectus 252  
 Sensus frigoris, horrois, & ri  
 goris in balneo causae 41  
 Seforijs q̄ grata, q̄ ingra. 153  
 Sexus tēperaturae index est 25  
 Siccitatis varij modi 162  
 Syderatio 334  
 Signa minus praecipua vnde  
 sumantur 79  
 Sinuum differentia 324  
 Signa praecipua vnde suman  
 tur 33 & 79  
 Signorum cognitio ad morbi  
 curationem pernecessaria 16  
 Signa ab vrinis 84  
 Signa intermittentiū febrū 85  
 Signa alia praecipua, alia mi  
 nus praecipua 79  
 Sinus qd, eiusq; curatio 319  
 Sine naturae tam communis q̄  
 priuatae cognitione recta cu  
 ratio non fit 4  
 Sinus altarum partium cotio  
 nis notae 328  
 Symptomata rōnē causae obri  
 nētia 129. Syncope qd 139  
 Simplici vacuatione quando  
 vtendum 253  
 Symptomatis diuisio 129  
 Syndrome plethorica 166  
 Symptomata affectum pro  
 dentia 129  
 Symptomata duplicia 126  
 Syncope a siccitate curatio 163  
 Sitis vnde 73  
 Situs & societas partiu<sup>9</sup> varian  
 di remedij rōnem obtinēt 12  
 Solis ardor quibus modis spi  
 ritum accendat 30  
 Sol omnis luminis fons 185  
 Solutionis modus speciem fe  
 bris declarat 39  
 Sphragis pastillus alius Poly  
 dae 241. Sphacelos 334

I N D E X

Spūs quib. de causis peat 140  
 Spūs resolutionis cause 141  
 Spuriarū febrū vict<sup>9</sup> rō & cu  
 ratio 112. Steatoma 356  
 Stomachi ibecilli curatio 156  
 Stomachus vnde magis labo  
 ret 256  
 Stomachi ac ventris humore  
 vitioso vexati curatio 176  
 Strumae curatio 355  
 Sub diuisione q̄ cōtineant 18  
 Succī alij alias gñant febres 68  
 Sudor blandus, vnde 57  
 Summae spurig signa 97  
 Sudor 40  
 Summouēdorū q̄ pter naturā  
 sunt triplex est scopus 260  
 Sudoris notae 293  
**T**  
 Tardus pulsus 75  
 Tēperata natura duplex 2 & 3  
 Tēdonis scirrhosi curatio 291  
 Tenuia medicamēta celeriter  
 in corpus feruntur 8  
 Temulenta febrem efficit 28  
 Tertiana exquisita finitio, &  
 quomodo fiat. 90  
 Tertiana febris duo extrēa 96  
 Tertiana & aliarū victus 88  
 Tertiana febris 88  
 Tertiana exquisita signa 97  
 Tertiana exquisita victus ta  
 tio curatioq; 114 205  
 Tetrapharmaci cōpositio 226  
 Timoris pulsus 43 & 44  
 Tympanites 355  
 Topica remedia 249  
 Tristitia pulsus 43 & 44  
 Tullim excretio non semper  
 sequitur 218  
**V**  
 Vacuandi ratio a corporis ha  
 bitu 135  
 Vacationē q̄ dissuadeat 127  
 Vacationem quae renuant, &  
 quae admittant 223  
 Vacuatio quomodo fiat 142  
 Vacuandi rō in conuulsis 131  
 Vacuandi rō in vehemētibus  
 vigilijs & doloribus 132  
 Vacuandi ratio ab gate 135  
 Vacuatio viribus respondere  
 debet 127  
 Vacuatio oī hydr. cōmu. 362  
 Vacuandi modus in hydro  
 pe 143  
 Vaga & erratica febris 71  
 Vapor 40  
 Varia corporis partium tem  
 peramenta 27  
 Varia victus ratio pro varijs  
 affectuum generibus 125  
 Vbi nihil vrget à causis cura  
 tionis ordo est petendus 16  
 Venarum in cruribus conti  
 nuitas 258

*una aperta me aliquando  
pungit sicut fistula 257.*

**I N D E X**

Vena humorem melancholicum vacuans	253	Vinum calidum quod propinandum	14
Ventre profluente alia superfluum vacuatione	130	Vigiliarum accidentia	4
Vena secunda loci & vacuationis differentia vni sumant	254	Vite genus naturam ostendit	2
Vena interna vtero ruidet	259	Vires quid	10
Venarum textura	255	Via per quam humor educit	11
Ventris inflati curatio	301	Vibrati pulsus causa	45
Vergilii	52	Vinum celerrime reficit	158
Vinculorum vis	253	Virtus spiritus seruanda & quomodo	247
Vere solida substantia	27	Virtutes communes earumque origo	273
Virtutum trium imbecillitatis nota	171	Vinculorum effectus	147
Vires quibus seruetur aut corrumpantur	140	Vlcera variatur pro humoris qualitate	207
Vigiles sensus otiosi non sunt	29	Vnde appellationem fortiaur qualitates	7
Vires in morbo quando valentiores	13	Vnde vis purgatoria ibidem	7
Virium augendarum ratio	111	Vnica diariarum forma	27
Virium substantia	139	Vomitus nota	156
Virgilius	184	Vomitus comoda puocatio	158
Victus humidus oibus febribus perpetuo confert	111	Vomitus per quem utilis inuteratis febribus	114
Vires corpus nostrum gubernantes	139	Vomitio	107
Virtutes naturales quatuor	280	Vrinae mouende ratio	107
Vino quomodo utendum, quomodo non	148	Vring in febris diarie declinatione quales	40
Vinum frigidum quando propinandum	150	Vrinarum nota	197
Vinum quibus dandum	61	Vring secundum naturam quales	33
Vigilie cruditate pariunt	49	Vtendi medicamenti modus ac ratio	11
Vires suis actionibus cognoscuntur	24	Vteri suffocationis causa	141
		Vulnerata pars quomodo collocat	147

**FINIS**

*hinc a vno in libro  
quarta v. 116.*

**G A L E N I D E**

ratione curandi, ad Glauconem libriduo.

Martino Acakia Catalaunensi,  
doctore Medico Interprete.

E I V S D E M I N T E R  
pretis in eosdem libros  
Commentarij.



Qvod non communem solum omnium hominum naturam o Glauco, sed & cuiusque propriam, nosse medicus debeat & ab Hippocrate olim recte traditum est: & a nobis in ipsius artis operibus, vt nosti, studioso obseruatum. Fieri tamen non potest, vt propria cuiusque, perinde atque communis, scribatur; sed opposito se habent ordine scripta & opera: cum in alijs plerisque, tum maxime in his que nunc docere statuimus.

**COMMENT.**

**N**aturam tum ingentiam, tum asciticam temperiem uocare solent: nostram. n. generationis initio, ex vtriusque, maris & feminae genitura, crasin. i. temperamentum nasci

Natura

Gal. A

φύσις

Natura a scititia.

Morbis. Cōis omnium hominū natura,

Natura in tra certos elementorū fines continetur.

Quot modis elementa miscentur totidē naturas esse.

Nouē hominis naturę.

Temperatura

mur, quam nos proprie naturā a nascendo dicitur: Quemadmodū Græci eandem φύσις καὶ τὸ φύειν appellant, hæc si mutata sit, seu in melius seu deterius, citra in actionū offensionem, a scititia dici poterit. Quod si tātus ab æqualitate sit mutationis recessus, vt corporis functiones lædantur, eam neq; simpliciter naturā, neq; aduentitiā, sed morbum dicemus. Cōis itaq; omnium hominum natura est, quæ intra certos limites calidi & frigidi, humidi et sicci cohibetur: quos vltra citraq; nequit consistere. Neq; n. quālibet frigida, calida, humida, aut sicca esse potest: sed intra certos elementorū fines, vt dixi, coercita, si modo duratura est, ad quorū mediocritatē, quo propius accesserit, eo temperatior euadet: Contrā intemperatior, quō longius abscesserit. Cum igitur in hoīs mixtura, elementa nunc propius ad æqualitatem accedant, nunc vero longius recedant, sitq; aliud alio potentius, sit vt non vna sit hominis natura, sed quot modis ea contemperant, totidem naturas esse oporteat. Atqui in mixtione calor frigiditatem, aut frigiditas calorē, & siccitas humiditatem, aut humiditas siccitatem: aliquid quando vero duo ex his altera duo superant: nō nunquā omnia propius ad æqualitatē accedunt, Nouē igitur erūt hominis naturę. simplices quatuor: calida, frigida, humida & sicca: totidem ex his compositæ: calida & humida, calida & sicca, frigida & humida, frigida & sicca: & præter has vna temperata. Illarum porro quæq; cōmunis est, sed minus quā quæ totā naturæ ambitū latitudinem. Temperata vero quedam summa

A JED

est ac consummata, vt scribit Galenus, quæ cogitatione verius quā re ipsa cōsistit: nisi forte temporis momento duret: eaq; ratione maioris & minoris diuidua non est. Quædā vero ab huius absolute, perfectioneq; paululum deficit: habetq; latitudinem, quæadmodum & reliq; octo: quo liquet innumeras esse priuatas particularesq; hominis naturas: quarum quamq; Galenus propriā cuiusq; appellat. Cognoscere igitur cōmunem omnium hominū naturam, nihil aliud est, q̄ in illo amplo elementorū ambitu, eā contineri nosse, & quatenus ex elementis ad humanum temperamentū probe mistis, cōstituta sit. Minus cōmunem vero dignoscere, est eā intelligere, nō solum ex elementis cōstare verum ex eorū vel æqualitate vel inæqualitate, nō qualibet, sed quæ in latitudine humane tēperature cōprehēsa sit: hoc est quatenus aut tēperata, aut calida, aut frigida, aut humida, aut sicca, aut ex his mixta sit. Particularē vero, hoc est cuiusq; propriam nosse, est eā intelligere non modo calidā, frigidam, humidā, aut siccā esse, sed in hoc, vel illo qualitatis excessu consistere: particularesq; quasdam proprietates habere, seu natiuas seu consuetudine cōparatas. Ceterū priuata nature præ multitudine, varietate, ac pperua mutatione sub artem cogi nō possunt. Nam propemodū infinitæ sunt, perpetuoq; mutantur. Ad hæc, quantum vnaqueq; à iusto tēperamento recedat, ad mulsim deprehendi non potest: nihilominus id cōiectura assequi enitendum est. Fieri enim nō potest, vt quis recte curet, nisi is nō modo cōmu-

ta natura duplex  
Innumeras hominum naturas  
Propria cuiusq; natura.

Cognoscere cōmunem omnium hominum naturam  
Cognoscere minus cōmunem.

Particularē naturam cognoscere.

Particularē naturę sub artem nō coguntur.

Recessus a iusto tēperamento ad mulsim nō de

a h

prehenditur. Sine natura tam scis q; priuatae cognitione recta curatio non fit. Alter docendum, aliter operanda, nem, sed & propriam, priuatamq; cognoscat. Si quidem alia naturae alia remedia efflagitat. Cōiectura igitur, quoniam demonstratione non licet, quantus sit a mediocritate recessus, diligēter disquirendum est. Porro autē non quemadmodum cōmunis ita priuata doceri potest: sed aliter docemus, aliter opera tractamus. Ab vniuersalibus enim docētes auspicamur, & ad particularia deuenimus: curationem vero a particularibus, & contrariō quo inuenta sunt, ordine molimur, verbi gratia, cū febrem docere volumus, eam in toto genere cōtemplamur, eius naturam perscrutantes per theorematā & principia artis: cognitā in suas differentias dispescimus, nēpe in putrem, diariam & hecīcam. Rursus putrem & hecīcam diuidimus, deinceps procedendo, dum ad particulares & indiuiduas deuenit. Postea earum causas omnes, vsq; ad vltimas vestigamus. Curamus vero non a febre auspicati, sed ab hac, nimirum biliosa, qua Achilles laborat: quae quia presentem causam habet, nēpe putredinem, huic prius quam illi intendimus, quoniam rursus ob meatuum constipationem fit putredo, ad constipationem consilium nostrum dirigimus. Igitur quod docendo inuentū est vltimum, id operando vides esse primū. Quocirca opposito se habent ordine scripta, & opera.

## T E X.

Efflagitasti enim, vt tibi vniuersalē medendi viā ac rationē, quasi summam describerem: haec autē qualitate, quantitateq;

remedii cuiusq; & vtendi modo, ac occasione, quae horū omnium cognitu difficillima longe est, perficitur. Circa quam, nēpe admodum praecipitem, vt alicubi auctor nobis bonorum omnium Hippocrates docet, plerumq; medicos non vulgares modo, sed & certe optimos, falli vides. Quinetiam recta assequi coniectura medicamenti quantitatem, pro viriū ratione corpori accomodandā difficile esse idē vir scripsit.

## C O M M E N T.

Vniuersalis medendi viā ac ratio, quam metho dum Graeci vocāt, ex principio aliquo ad singula peragenda ordine perducit: docendo quid primū, quid secundū, quid tertium, & reliqua deinceps: & quid cum quo, & quid sine quo curationē efflagitet: & qua ratione ea p̄fici possit. Primū enim curari debet id quod magis vrget, aut sine quo aliud curari non pōt: Magis vrget, quod maius periculum, si negligatur, adlaturū est: Periculum autē affert affectus magnitudo, siue is morbus, siue causa, siue symptoma sit: Affectus magnitudinem sua substantia prodit, atq; à naturali statu recessus: p̄terea & partis affectae cōditio. Nonnulli enim affectus toto genere mali sunt, vt syncopē, animi deliquia, atq; id genus alia, quae vires affatim demoliuntur. Nonnulli vero ex se quidem perniciosi nō sunt, sed si increuerint, multumq; à naturali statu recesserint, periculo nō vacāt. Cuiusmodi sunt quaedam febres quae errore vel medici vel groti ad tantū excessū

Methodus, vniuersalis

Curandi ordo. Quid i curatione magis vrget.

A quibus cu  
ratione au  
spicari o  
porteat.

Vbi nihil  
virget a cau  
sis curatio  
nis ordo est  
petendus.

• 30 lib. m. O  
• 10 lib. m. O  
• 10 lib. m. O  
• 10 lib. m. O

sum deueniunt, vt hominem iugulet. Ad eundem modum partes alia alijs maius periculum minantur, vbi affectum alioqui mitē cōceperint. Principia enim virtutum, stomachus, & alia corpori necessariae partes, affici vel mediocriter nō possunt, sine magna totius corporis iactura. Ab his igitur curationē auspiciari oportet. Exēplum habes in hoc priore libro de febre assidua cum stomachi affectu, syncope, animi deliquijs, & alijs id genus symptomatis. Aliud sine alio curari nō potest, vt effectus sine causa: Putris febris, exēpli gratia, curari nō potest nisi abacta eius causa: nēpe humorū putredine, nec putredo, nisi deleta obstructione. Igitur vbi nihil aliud virget in id genus affectibus, curationis ordo à causis petendus est. Quae ad modum vbi complicati sint affectus, ab eo auspiciari curationē oportet, sine quo reliqui curationē nō admittunt. Proponatur, gratia mentis intelligentiae, vlcus cauum in crure praeter naturam calido: quoniam autem per hanc hypotesin affectus multiplex est, nēpe vlcus, cauitas, & intemperies partis calida: videndum est ex quo principio ad singulorum curationē procedendum sit: & cui primo cōsistendum, cui secundum, & tertio: quod nos methodus ad hunc modum docebit. Vlcus, quia solutio cōtinuitatis est in carne, vniuersi postulat: cauitas, carne repleta: crus praeter naturam calidum, refrigerari: per primum illud principium, Contrariarum cōtraria sunt remedia. Et quoniam vlcus per se vniuersi non potest nisi commissis eius labris, ceterum committi nō possunt, nisi ei quae perit caro vicaria regignatur, quod cum naturae sit opus, ea nisi inter-

pi A

gra, incolumisq; sit, hoc munus rite obire non poterit. Ex hypotesi autem crus praeter naturam incaluit, proinde eius natura imbecilla est, & ad procreandum carnem inepta: quare nisi reductum sit ad suam naturalem constitutionem, similem deperditae carnis generare non poterit. Primum igitur crus ad naturam reuocabimus, deinde vlcus carne implebimus postremo solutam vniemus cōtinuitate. Vniuersalem hanc curandi rationem cōstare Galenus ait, ex remediorum qualitate, quantitate, vtendi modo adhibendi opportunitate. Remediorum qualitas ab actione quam aedit, à parte cui praecipue dicatur, & ab affectu cui medetur sibi nomen adoptat. Actionem aedunt primae qualitates, nēpe caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas, ex hisq; natae, vt quae emolliunt, indurāt, laxant, tendunt: quaeq; substantiae concrementum cōsequuntur: cuiusmodi sunt quae tenuant, incidunt, & in-erassant, & meatus ifarciunt, emplasticas vocant, quae ad modum & quae ex ambabus ijs nascuntur, vt astringens, densans, repellens, aperiens, digerens, detergens, & alia id genus, de quibus fusissime Galenus in libris de simplicium medicamentorum facultatibus disputauit. A totius substantiae similitudine vis purgatoria manat, quae humores e corpore trahit, alia alios. Sorriuntur etiam appellationem huiusmodi qualitates ab affectu, & affecta parte, quibus medentur: vt bechica, id est rufficularis, quae tussis: stomachica, hepatica, quae stomacho & iecori cōueniunt. Qualitates primas adhibendas esse ostendunt affectus quidem contrariam, vt calidus frigidam, frigidus calidam, &

Quib' vni  
uersalis me  
thodus cōse  
ctet.

Vnde ap  
pellationē  
fortiatur q̄  
lirates.

Primg qua  
lirates.

Que pri  
mas sequā  
tur qualita  
tes.

Que substā  
tie concre  
mentum se  
quuntur.

Que ex  
ambab' na  
scant qual.

Vnde vis  
purgatoria

Ratio ad  
hibendam  
qualitatū.

a iij

alij pari mō. Tēperatura vero similē, calida quidē calidam, frigida frigidam, humida humidā, & sicca siccam. Ad eundem modū aliā qualitates, tum quæ ex primis nascuntur, tū quæ ex substantiæ crassamento, tum ex vtriusq; ortum habēt contrarijs affectibus & similibus temperaturis adhibentur: ut emollitæ præter naturam subitātiæ, quæ indurant: raræ, quæ densant: & reliquæ pari modo. Sola vitiosi humoris conditio purgatoriā vim præscribit, vt bilis, quæ bilē irahat pituita, quæ pituitā, Quemadmodum quæ à loco & eius affectu nomē accepit, tum loci ipsius, tum morbi natura, quā adhiberi oporteat, ostendit. Vēter enim, stomachus, & iecur, medicamēta efflagitant, quæ robur seruare possint: cuiusmodi est absinthiū. Quod autem tum morbus tum affecta pars peculiare quoddam remedium desiderent, id sit vel occasione supra dictarū qualitatum, vel quod non ante medicamento vis suo fungitur munere, q̄a natura excitata sit. Nā quæ partium crassitē pollēt, viscosæq; sunt, motu pigra existunt, ideo primis partibus hærent, in quibus natium experta calorē, vim suam exerunt. Tenuia vero celeriter in longinquas partes perueniunt, antequam in actum, vt dicitur, reducātur: vbi vim suam exercēt, vt cantharides in vesica: hinc fit vt alia iecori, alia lieni, alia alijs partibus conferant. Sic nonnullarū partium vt iecoris & vētris robur seruare debet, scilicet vniuerso corpori necessariū. Ideo leniter astringētibus, hoc est quæ naturæ partis robur tueantur desiderant: cuiusmodi est absinthiū. Pari modo non

Ratio adhibendorū purgatiuum medicamentum,

quæ ab vtriusq; nobilitate purgatiuum medicamentum,

Peculiare quoddam remedium tum affectus desiderat.

Crassa ac viscosa medicamenta motu pigra sunt.

Tenuia medicamenta celeriter in corpus feruntur.

quæ ab vtriusq; nobilitate purgatiuum medicamentum,

nulli morbi peculiaribus remedijs iuari credūtur, vt comitiales pœonia, non autem occulta, ac delitescēte vi, sed quatenus humores hūc morbum efficiētes extenuat, ac digerit. Quantitas non solū molem, & mensuram, verum etiā facultatis ordinem, ac gradum & numerum adhibendorum medicamentorum continet: hæc omnia definiunt magnitudo affectus, propria corporis natura, virium robur, partis conditio. Affectus nomine intelligūtur morbus, eius causa, & symptomata. Magnitudo sub se contumaciam affectus continet: etiā si alioqui exiguus sit. Igitur affectus magnus, non solum medicamenti copiam, sed & vehementiam postulat: exiguus minorem modum, & vim remissiorem: atq; vt semel dicam, æquali medicamentorū excessu, contrarius naturę excessus abigendus est. Nam quæ admodum medicamento facultas, tum mole minor, tū viribus ignauior, ad mediocritatē, quod excessit, non reducit: sic maior vehemētioreq; oppositum excessum inuehit: tantū quidem, quantum ipsa naturæ excessum superabat. Neq; enim alia ratione calidum, & frigidum medicamentū dicimus, q̄ quod calfacit & refrigerat: sic & mediocriter calidū, quod modice calfacit: & in primo, secūdo, tertio quartoque excessu calidum, & frigidum, quod hoc aut illo excessu corpus calfacit, ac refrigerat. Vbi igitur vehemēter immutandum corpus est, vehemēter immutātibus est opus: vbi modice, ijs quæ modice immutēt: vbi in secundo, tertio, quarto ve ordine, medicamenta, quæ similiter afficiant, adhibenda sunt. Pari

Quantitas

quæ ab vtriusq; nobilitate purgatiuum medicamentum,

Peculiare quoddam remedium tum affectus desiderat.

Crassa ac viscosa medicamenta motu pigra sunt.

Tenuia medicamenta celeriter in corpus feruntur.

quæ ab vtriusq; nobilitate purgatiuum medicamentum,

Peculiare quoddam remedium tum affectus desiderat.

Crassa ac viscosa medicamenta motu pigra sunt.

Tenuia medicamenta celeriter in corpus feruntur.

Pertinacia  
affectus me-  
dicamenti  
quantitate  
variat.

Privatę na-  
ture medi-  
camenti mo-  
dū variant

Partis con-  
ditio,

Partis for-  
matio me-  
dicamenti

modo in alijs qualitibus factitandū est, vt aperi-  
entibus, & detergentibus. Sic par pondus, &  
mensura in pari morbi magnitudine adhiberi  
debet: itaq; remedij quantitas q̄ maxime fieri po-  
test, affectus magnitudini respondeat. Pertina-  
cia affectus medicamēti quantitatē variat: si qui-  
dem is facile solui possit, parcius ac rarius offe-  
rendū esse cōmōstrat: sin ægre ac prinaciter, li-  
beralius & frequētius. Quēadmodū & vires si  
yalidæ sunt, largius & frequētius admittunt: sin  
imbecille, parcius. Corporū propriæ priuatęq;  
naturæ vt variæ ac differētes sunt, ita variū me-  
dicamenti modum postulat. Sunt enim quibus  
id in alimentum vertitur, si deuoretur, itq; libe-  
ralius ac vehemētius sumūt. Alij cōtra a quouis  
facile lædūtur, sic vt interdum solo eius olfactu  
ad vomitū prouocentur: atq; ijs parcius, ac blā-  
dius adhibendū est. Cōditio partis sentiendī p̄-  
stantiā ac hebetudinem, crassamentū, officium,  
formationem, situm, ac societatem cū alijs par-  
tibus, cōplectitur. Acutus enim sensus vehemēs  
ac copiosum medicamentum respuit, quod ob-  
tusius, hebesq; admittit. Quēadmodū rara, mol-  
lis, & laxa materiā mitius: densa, dura ac compa-  
cta, valētius recipit. Sic partes principes, & quæ  
vniuerso corpori officium suum præstāt, quales  
sunt ventriculus, iecur, cor, & cerebrū, blādus,  
ac parcius. Cōtra obscure, ignobiles, & quæ mu-  
nus publicum nō habent, acrius & liberalius fe-  
rūt, vt postea fufius docebitur. Formatio quoq;  
partis eandem habet rationem. Siquidem partes  
quæ tam intra se q̄ extra vias habent faciles ac

patentes, mitius ac parcius: quæ vero meatibus  
carēt aut angustas vias habēt, vberius & acrius  
efflagitant, vti posteriore libro dicitur. Situs, &  
societas partiū, medicamenti & vim & molem  
variant. Nam quæ in superficie constitutæ sunt,  
& quæ societate cum ventriculo & intestinis ha-  
bent: paucū ac mite, quæ vero longe à vijs pur-  
gatorijs distant, largum ac vehemens exigunt.

Vtendi medicamenti modū ac rationē osten-  
dunt, humoris natura, via per quam humor ipse  
educitur, locus cui remedium adhibetur, & me-  
dicamenti vehementia, morbiq; conditio. Nam  
si humor vacuandus in nobilem partē vergat,  
hunc retrahere, vel deriuare expedit in locū con-  
uenientē: qualia sunt intestina, vesica, vterus, cu-  
ris vniuersa, palatum, nares: & p̄ conuenientem  
viā, hoc est rectum tramitem, ac per directū  
ad locum affectum. Sin in ignobilem, & p̄ com-  
modam viā, sinēda natura est, modo par sit hu-  
mori vacuādo. Sin minus, iuuanda. Quod si resti-  
deat humor in aliqua corporis parte, itq; quanti-  
tate magis q̄ qualitate delinquat, educi sangui-  
nis missione debet. Sin qualitate, & ad excretio-  
nē paratus sit, protinus educere p̄ idonea, vt di-  
ctū est loca; oportet: qui si crassus ac lentus sit,  
prius extenuari, incidiq; postulat: postea, vt mo-  
do docui, vacuari idoneis medicamētis. Sin far-  
ta via est detergi, astricta laxari debet: postea  
humor vacuari. At si neq; stricta, neq; obstructa  
sit, aut alio quouis mō impedita, quominus p̄ eā  
humor fluat, si q̄ de humore modo dicebamus,  
cōsentiant, protinus hūc vacuare oportet. Cæ-

quāsitatem  
Prescribit.

Situs & so-  
cietas par-  
tiū variādī  
remedij ra-  
tionem ob-  
tinent.

Vtendi me-  
dicamenti  
modus ac  
ratio,

Via p̄ quā  
humor edu-  
citur,

terum, si affectus magnitudo vehementissimum remediū efflagitat, non cōtinuo id adhibendum est, sed remissius primum, deinde paulatim in acris eius viribus, tantisper dum morbi magnitudinē æquet, offerendū. Non enim subitas, vehementesq; mutationes natura sustinet, præsertim iam morbo imbecillior reddita. Ad eundē modum, vbi corpus larga euacuatione eget, sed per imbecillitatē, aut aliā occasionē, hanc semel ferre non potest, ea in multas est partienda, vt in ea cochymia. Locus vero, cui adhibetur remediū, medicamento formam potius, q̄ ministrādi modum docet: si quidē alia ano, alia vtero, alia oculis medicamento forma adhibenda est.

Occasionem greci *καιρόν* vocant, id est temporis partem, in se habentē rei alicuius idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. Curandi autem *καιρόν* Hippocrates *ἔσθ' ἔσθ'*, id est celerē esse ac precipitem ait, celeriterq; transeūtem, ob perpetuum substantiæ corporis fluorem, vt Galenus interpretatur, scilicet alterantibus obnoxia. Morbus enim, vt alias causas taceā, maxime corpus imutat, atq; eo reddit imbecillius quo vehemētior est. Quo vero grauius affligit, eo celerius exigit remediū. vnde fit, vt celeris sit exhibendū remediū opportunitas. Remediū autem opportuna tempora, in genere quidem, ex præsentia eorū que remedia efflagitant, & eius absentia, quod potest exhibitionem impedire, desumuntur: vt author est Galenus. Remedia efflagitat morbus, eius causæ, & sympto-

Remediū oportuna tēpora ex quibus sumantur. Que remedia efflagitant.

mata. Nullo enim tēpore hæc auxilijs non egent. Nā quicquid in corpore præter naturā est, quocumq; morbi tēpore, siue principio statim, siue incremento, siue statu, siue declinatione, sui ablationem indicat. At non omnia omni morbi tēpore opportuna sunt auxilia: sed alia in principio, alia incremento, alia statu, alia declinatione conferunt. Vacuatio enim, & si hanc febris, vbi gratia, ex humorum: putredine perpetuo efflagitet, non tñ omni tēpore commode adhiberi potest: sed tantum, cum virium robur id permittit. hoc est vt dicebamus, absentia eius quod prohibere adhibitionem potest: hoc autē est viriū imbecillitas. Itaq; à tēpore morbi vires, à viribus occasio adhibendū remediū petitur: his si adiunctus sit motus, vel humoris, vel naturæ, vel vtriusq; maxime remedia offerre licebit. Ostensum autē est omnem præter naturā affectum, semper sui ablationem efflagitare: præsensq; virium robur, id est viriū imbecillitatis absentia, remediū admittere. Valent autem vires magna ex parte, & per initia horum morborum, & declinationes. Igitur per ea tempora licet remedia adhibere. Per initia quidē sanguinis missionem, aut purgationem, si materia turgēt, aut ad excretionem alioqui paratā sit: in declinatione vero maxime purgare licet, cū tunc & humor concoctus, excernitq; idoneus sit, & natura morbo superior ad expulsionē moueatur. Eodem modo per accessionum particulariū principia prouocare vomitū licet, in declinatione vero inferiorē ventrē mouere, aut sudores licere, naturæ

Virēs in morbo q̄ valētiores.

Remedio-  
rum tēpo-  
ra particu-  
latim ex q-  
bus petant

motum imitantes. Particulatim vero remediorū tēpora, tum ex ante cōmemoratis, tū ex alijs quæ omnino scribi nō possunt, petuntur. Cum enim non oēs morbi æqualia habeāt tēpora, nec eadē symptomata, remediū aut impediētia, aut accelerātia, atq; egrorum diuersæ sint particulares naturæ, propemodumq; infinitæ, vt ostensum est: aliq; id genus inueniātur, quæ adhibēdi remedij occasionem variant, quod temporis momentū omnibus idoneū præscribi poterit. Non est igitur facile singulis sua tempora inuenire. Itaq; medicos vel doctissimos, circa hanc occasionē subinde hallucinari cōtingit. Quod vero nec promptum sit idoneā medicamenti quātitatē pro viriū ratiōe adhibere, vel ex eo cōstat, q; exacte corporis vires, ac medicamentorū facultates metiri nō possumus: sed coniectura tantum, quam non omnes probe assequi valent.

## T E X.

Cum igitur ad rectā curationē plurimū cōferre tū occasio, tum quantitas remediorum constet, sint autē hæc singulis ægrotis propria, nihil uero quod propriū sit uerbis explicari possit: hac ratiōe, qd' cōmune est scribere cogimur, tamen id usu sit secūdū.

## C O M M E N T.

Non solum adhibendorum remediorū occasio, & quātitas, ad rectam curationem cōferunt: uerū etiam qualitas & utendi modus, vt proxime declaratū est. Ea uero omnia singulis ægrotis propria peculiariaq; insunt: neq; enim eadem

medicamenti quātitas, neq; qualitas oibus conuenire potest, nec eodē morbi tempore adhiberi, nec oibus eodē modo ministrari: insuper particulares naturæ innumeræ sunt, vt docuimus, morbi quoq; particulares innumerī: vnusquisq; uero tum morbus, tum ægrotus proprium efflagitet remediū: quot naturæ, & morbi sunt particulares, totidē remedia particularia esse oportet. nēpe infinita, proindeq; ineffabilia. hæc igitur cum propria vniciq; insint, propria autem uerbis explicari nō possunt, quæ cōmunia sunt, sub artemq; cogi possunt scribere tentat Galenus: non autē propria, quæ explicari nō possunt. Quod itaq; commune est scribit, licet in exercenda arte secundum locum obtineat.

## T E X.

Plerunq; enim ægrotos quosdam inuisimus, quibus scū antea, dum sani essent, uersati nō fuimus: proinde quem colorē, quā corporis habitudinē, quem natiuum calorem, arteriarumq; pulsus ante habuerint, ignoramus: quæ si ante p̄specta nobis fuissent, morbi utiq; magnitudinē probe iudicare potuissemus. Cuiuscq; enim morbi magnitudo tanta est, quantum a naturali statu recedit. Quantum uero recedat solus is nouit, qui naturalē habitum adamussim tenuerit. Quod cum in illis ipsis ignoremus, ne omnino hæsitemus, ad id quod cōmune est, confugimus. Nam in hoc artis peritus imperito plus nō nihil potest. Quid ue

Cur cōmu-  
nia tātum  
scribat.

ro plus: Hippocrates quidem oīum quos nouimus, id primus literis mandauit. Qui autē post hunc fuerunt, eiusq; scripta intellectu consequuti sunt, fusius sunt interpretati, inter quos fuit Mnesitheus Atheniensis, vir cum in omnibus alijs, quæ ad artem pertinent non mediocriter eruditus, tum in exercenda arte, quantum via ac ratione licet, nulli peritia secundus.

## C O M M E N.

Signorū cognitio ad morbi curationē per necessaria.

Obiter hoc loco signa enumerat, quibus natura cuiusq; deprehendi possit: quæ quoniā paulo post plenius tractabuntur, nunc explicanda non sunt: interim tamen monebimus eorum cognitionem, ad rectā curationem esse per necessaria: quando morbi magnitudo sine his minime haberi potest: siquidem ea tanta est, quantus est à naturali statu recessus; quem nos non à mediocritate, sed à propria cuiusq; natura, metimur. Huius rei intelligendæ gratiā, fingamus Achillem natura esse calidiore duobus numeris supra æquale temperamentum, Hectorem vero temperatum: utriusq; tertiana laborare, quæ excedat, exempli gratiā, utriusq; natuum temperamentum tribus numeris: dico parem in utroq; excessum præter naturam esse, nepe calorē tribus numeris excedentem: Achillem Hectore nihilominus calidiorem esse. Nam cum ex hypothesi, ille duobus numeris calidior sit natura, hic temperatus, uterq; æquali excessu præter naturam laborat: Achilles quidem à mediocritate quinque numeris,

numeris, Hector vero tribus solū excedet, Quod si ab hac toridem numeris præter naturā Hector recederet, grauius quàm ille laboraret, ut qui à suo temperamento longius abscederet. Itaq; necessaria est priuata cuiusq; naturæ ad magnitudinē morbi habendā, cognitio. Signa igitur morbosa cum salubribus conferre oportet: æstimareq; quæ illa sint ab his mutata: hoc est, quātum calor, calor, pulsus, corporis habitudo præsens, à pristina recedat: tum sic ad uerā curationē accedere facile poteris. *Si uero incognita sit propria ægrotantis natura, p̄indeq; à natūo statu recessus, ad cōmune confugiendum est.* quæ si non exactā magnitudinis morbi notitiā, saltem artificiosam coniecturam attulerit. *Cōmunia uero sunt: ægrotantis ætas, temperatura, regio, tempus, morbi species, uictus, ratio, & alia id genus, quæ suo loco docebuntur.*

## T E X.

Hic Mnesitheus a primis summisq; generibus auspicatus, ea in alia itē genera, species & differētiās, secanda esse cēsiuit. Hęc denuō in alia similiter: quæ rursum eodem modo distribuerentur, dum ad aliquā talē descenderemus speciē, quæ diuisa in unū numero ac indiuiduū desineret. Mihi uero satis est tibi sententiā meam breuibus explicuisse. Nam ridiculus fore si te tua docerem, tanquā ea pridem ex Platone non didiceris. De hac re igit̄ meminimus, non ut te diuidendi rationē doceremus, sed quæ ad ea, quæ post dicentur, omnia, non inutilem fore speraremus.

Gal.

B

incognita  
propria ægrotantis natura  
ad cōmune  
ne cōfugiendum.  
Communia  
natura,

quodq; aliter tibi causas, ob quas medicorū plurimos passim errare cōtingit, efflagitātī non alia uia melius indicare possemus. Etenim quicquid tum in alijs sectis, tum a multis medicis in morborum curationibus delinquitur, primā id maximāq; causam habet, vitiosam diuisionem. Quidam enim in primis, summisque generibus statim subsistunt, solis indicationibus, quæ ab illis defuimūtur cōtenti. Quidā quadā tenus diuidendo processerūt, sed ad diuisionis metam nō peruenērūt. Multi autē perperā diuiserunt.

## COMMENT.

Quam necessaria sit diuidēdi ratio ad curationē, qualiscq; esse debeat, & quæ in ea vitia cōmittantur, ostendit. Sub diuisionis nomine Partitio, & Resolutio cōtinent. Genus autē proprie in suas species, ac differētiās diuiditur: Totū in suas partes distribuitur: Effectus vero in suas causas, & causæ in suos effectus. Finis quoq; in sua media resoluitur. Genus igitur diuidi debet in p̄ximas semper species, ac differētiās: quæ rursus in propinquas eodē modo distribuūt: rursusq; in alias, dum ad eam peruentū sit speciē, quæ amplius diuisionem nō recipit: verbi gratia. Morbus alius simpliciu partiu, quas similes uocant, alius instrumentalū est, alius vtrariūq; cōmunis. Rursus simpliciu partiu morbus alius calidus, alius frigidus, alius hūidus, alius siccus, alius ex his mixtus, qui in alios postea morbos nō diuiduntur nisi ratione maioris & minoris differētes. Eodē modo

ad ingoan  
euyg anq  
anuen in  
numro: ha  
signo en  
amob  
colom  
m  
m

Sub diuisione  
ne que cō  
tineantur.

Genus in  
species di  
uiditur,

reliquæ morbi differētiæ secari possunt, ut ex Galeni libris de Differentijs morborū constat. Effectus vero in suas semper p̄ximas causas, ut febrē in putredinē, hanc in prohibitā transpirationem, quā in meatū constipationē, rursus hanc in obstructionē, & astrictionē resoluiamus: Et obstructionē in humorū, tum abundantia, tum crassitudinem, tum lentorē. Astrictionē in causas euidētes: vt in frigus, & aquas aluminosas. Crassitudinē, & lentorē in antecedentem victus rationē. Et causæ in suos effectus: vt meatū constipatio in putredinē, putredo in febrē. Sic finē in sua media resoluiamus. Exemplū in septimo τὸν μετὰ τὰ φυσικά ab Aristotele exprimitur, ad hunc modum: Fit autē sanum ita cogitāte medico: Quoniam sanitas est tale quid, necesse est, si sanū futurū sit, ut hoc adsit: nempe æqualitas: & si hoc, caliditas: si vero caliditate adesse oporteat, opus est fricitione. Pōnit enim morbū esse frigidū. Partimur autem totū ac compositū in suas partes: vt corpus in caput, thoracē, uentrē, manus, pedes, &c. Medicinā in scientiā salubrium, morbosorum, & neurotorū: alia sunt differētiæ diuisionis, vt πολυσμνον in sua significata: & subiecta in sua accidentia: hanc vocat Cicero enumerationē, vbi singula q̄ rei alicui insunt enumerantur. vt si quis Frācisci Galliarum regis, huius nominis primi, doctes recenseret: eas primum, in animi, & corporis virtutes distribueret. Rursus animi, in liberalitatem, æquitatē, clementiā: Corporis, in pulchritudinem, & robur: sed hæc ad Rhetoras magis spectāt, Vbi vero in opposita accidentia subiectum

Effectus in  
suas cās re  
soluitur,  
in morbo  
in morbo  
in morbo  
in morbo

Causæ i a s  
fect⁹ resol  
uuntur.  
Finis i sua  
media,

”  
”  
”  
”

Partitio.

Diuisio  
πολυση  
μον i sua  
significata.  
Diuisio sub  
iecti i acci  
dentia,

Diuisio accidens in subiecta. Diuisionis error.

diuiditur, rationē habet veræ diuisionis: vt corporis humor alius calidus, alius frigidus, alius humidus, alius siccus. Contra diuiditur accidens in subiecta, vt morbus alius simplicium partium, alius instrumentalium, alius vtrarumque. Diuidendi formas ignorat, qui plura quam par sit diuidendo attingunt: necessaria omittit, qui generum specierumque ordinem luxant. Plura attingunt, qui accidentia quaedam quæ necessaria ad rem oppositam non sunt, in diuisionē afferunt: ueluti cum febrem diuidit in rubram cum alijs differentijs. Necessaria omittunt, ubi aliquod intermedium genus uel species omittit. Luxatur ordo, cum superius inferiori subicitur: hoc est magis commune, minus communi. Quod autem diuidendi ratio ad curationum inuentionem sit necessaria, ex sequentibus patebit.

## T E X.

At quisquis omnia, & quæ secundum, & præter naturam sunt, ad hanc viam, ac rationem, reuocarit: & ex omnibus his quæ per diuisionem inuenta sunt, integras desumpserit indicationes: solus is, quantum per humanas vires licet, mededo non errauerit: notos quidem alijs melius, ignotos vero, quam fieri poterit maxime secundum illos curauerit. Si quis enim probe distinxerit primum ætatum, deinde temperarum differentias, & vires multarumque id genus, quæ huiusmodi sunt, cuiusmodi est color, calor, corporis habitudo, articularum motus, consuetudo, studia, & animi mores, quibus addiderit maris & foeminae discrimen: & quæ ad regio-

nes, anni tempora, & alias ambientis nos aeris constitutiones, ad propriam ægrotantis naturam prope accedet. Verum alia quidem horum omnium in libris de Pulsibus, alia vero in libris de Temperamentis disputata sunt: quæ admodum & quæ præter naturam sunt uniuersa, ut inter se formis ac generibus differant, in libris de Affectibus a nobis definita sunt.

## C O M M E N T.

Secundum naturam sunt, sanitas, vires, sanitatum causa, tum effectus. Præter naturam vero, morbus, morbum causa, tum symptomata. Sanitas simplicium quidem ac primarum partium, ex calidi, frigidi, humidi, & sicci symmetria: instrumentalium vero, ex comoda magnitudine, numero, forma, & situ consistit. Quoniam autem noue ut diximus, modis elementa miscentur, noue erunt symmetriae, id est temperaturæ, totidemque primarum partium sanitates. Rursus quoniam instrumentorum fabrica ex quatuor absoluit, nempe magnitudine, numero, forma, & positione, quatuor erunt eorum sanitatis differentia: quæ si omnia instrumentorum ad sint, summa erit instrumenti sanitas, quatenus instrumentum est. Nam eius simplices partes intemperantia laborare possunt, & earum fabrica incupata esse. Si vero absoluta sit tam primarum partium temperies, quam instrumentorum comoderatio: & absoluta omnino erit sanitas. Sin vtraque deflectat ab hac perfectione, citra tamen actionum læsionem, sanitas quidem erit. sed eo imperfectior, quo a iusto modo magis recedet. Cæterum forma, par-

**Figura.** ris figurā, cavitatem, asperitatē & leuitatem com-  
 plectitur: Figura, curuitatē, rectitudinem, plani-  
**Cauitas.** tatem, & similia corporis instrumentis comoda,  
**Vires.** Cavitas vero, raritatem, densitatem, obstructio-  
 nem, Vires autē sunt, animalis, vitalis, naturalis,  
**Cause sani-  
tatem ser-  
uant,** Animalis, sensilis, motrix, princeps. Princeps,  
 imaginatio, intellectus, memoria, Causa, quæ san-  
 nitatē seruant, sunt, ad mouēda, efficiēda, foris inci-  
 dentia, & educēda, quæ in libris de Sanitate tuen-  
 da Galenus fusissimē tractauit. Rite, n. ministrata  
 sanitatē tuentur: pinde ad res secundū naturā refe-  
 runtur. Cōtrā improbe adhibita morbos parūt:  
 ideo ad res præter naturā reducuntur. Effectus sa-  
 nitatis, actio proba, & excremēta, qualitateq; se-  
**Sanitatis  
effectus.** cundum naturā. Actiones totidē sunt, quot virtu-  
**Actiones.** tes: vt sentiēdi, mouēdi, & reliquæ qualitates, q̄  
**Qualitates  
sensiles.** sensibus deprehenduntur, calor & humiditas ta-  
**Excremen-  
ta,** ctu: color, visus, vox, & sonus auditu. Excremēta,  
 quæ tota substantiā, quāritate, & qualitate secun-  
**Res præter  
naturam** dum naturam se habent. Res præter naturam, sunt  
 morbus, eius causæ, & symptomata: quorū diui-  
 sio amplissimē in Galeni libris de Differentijs, &  
 causis morborū & symptomatū monstrata est.  
**Indicatio a  
rebus se. ū  
dū naturā,** Igitur indicatio à rebus secundum naturā de-  
 sumpta, prima & cōmunissima custodiam sanita-  
 tis, & eius tum causarū, tum effectuum, quæ ade-  
 rant incipiente morbo, commonstrat, ita, ut per  
 morbū mutari nō debeant, etiā si à mediocritate  
 deflexerint. Itaq; biliose naturæ ægrotāti danda  
 sunt, quæ hanc cōseruent, & reliquis pari modo:  
 à quibus particulares sumuntur indicationes: eō  
 ordine semper procedendo, quo diuisa fuerunt.

Absoluta gratia exempli, sanitas primarū partū  
 causas efflagitat, quæ se tueātur moderatissimas:  
 calida calidas: frigida frigidās: & reliquæ simili-  
 ter tēperaturis, ex quibus natae sunt, gradu & or-  
 dine respondentes. A rebus vero præter naturam  
 sumitur indicatio: prima quidē & generalissima,  
 quæ morbū, eius causas, ac symptomata abigen-  
 da esse docet. Particulares vero à particularibus  
 morbis quo ordine inuenti per diuisionē fuerūt.  
 Quoniā igitur morbus alius intēperantia est sim-  
 plicū partium, alius instrumentorū incommode-  
 ratio, alius vnitatis solutio: intemperantia quidē  
 ad temperamentū reduci postulat: incommode-  
 ratio ad cōmoderationem: & continuitatis solutio  
 ad vnitatē. Rursus intemperantia alia calida, alia  
 frigida, alia humida, alia sicca est: alia refrigerari,  
 frigida calefieri, humida siccare, & sicca humecta-  
 ri cupit. Ad eundem modū & reliqui particula-  
 res morbi, symptomata, & causæ: semper proce-  
 dendo ad indicationem inuentionē, quo ordine  
 inuentę per diuisionem ea fuerunt. Ex quo liquet,  
 diuidendi rationem ad morborum curationem  
 esse pernecessariā: siquidem diuisio eorum curan-  
 dorum omnes suggerit indicationes. itaq; si quis  
 hanc probe norit, medicando non errabit, quan-  
 tum per humanas vires licet. verū cognitos qui-  
 dem melius q̄ incognitos: quanquā & hos pbe  
 curabit. Ad propriæ vero cuiusq; naturæ cogni-  
 tionē prope accedet, quisquis apte distinxerit eta-  
 tū & tēperaturarū differentias, vires, colorē, calorē,  
 corporis habitudinē, arteriarū pulsum, consuetu-  
 dinē, vitæ genus, animi mores, sexū, anni tēpora,

Indicatio a  
rebus præ-  
ter naturā

Morbi di-  
uisio.

Intēperā-  
tig diuisio.

Diuidendā  
ratio ad cu-  
rationē p  
necessaria.

Que pprie  
cuiusq; na-  
ture cog-  
nitionē sug-  
gerant.

regiones, & alias ambientis nos aeris cōstitutio-  
nes. Hęc enim qualis cuiusq; sit natura, ostendūt,  
Siquidem alię ætates alias habent naturas. pueri  
enim humidi sunt: adoleſcētes temperati: iuuenes  
calidi & sicci: senes frigidi & sicci. Sic tēperaturę  
alię calidę, alię frigidę, alię humidę, alię siccę,  
alię ex his mixtę, alię verō temperatę: quarum  
quęq; certis notis deprehēditur: q̄ ex Galeni Par-  
ua arte discende sunt. Vires per se quidem nō ap-  
parent, sed à suis produntur actionibus: animalis  
quidē à mouendo, sentiendo, apprehēdendo, intel-  
ligendo, & memorādo: uitalis ab arteriarū pulsa-  
tione: naturalis a cōcoctione: quam rursus excre-  
menta patefaciunt. Color quoq; corporis naturā  
testat. Similis enim efflorescit cutis humoribus,  
vt author est Galenus. Itaq; ater atrā bilē, flauus  
flauam, albus pituitā, rubicundus sanguinem in  
corpore abū dare significat: qui humores cuiusq;  
propriā naturā perspectā reddunt. Calor etiā na-  
turā illustrat: si quidem mitis est, naturam tempe-  
ratā: si acrior, biliosam esse significat. Quemad-  
modū corporis habitudo carnosā, calidam & hu-  
midā: pinguis, frigidam & humidā: extenuatā ar-  
idam, & quadrata temperatā. Arteriarum pulsus  
differētias, & quam quęq; naturam nuntiet, abū-  
de Galenus in libris de Pulsibus tradidit. Cōsue-  
tudo vero naturę proprietatē docet. Nam ex lon-  
go otio, victu humido & largo, humidior natu-  
ra euadit: quę admodum aridior ex labore, victu  
siccō & parco. Vitę genus, id est ars quam quisq;  
exercet, si magni sit laboris, & calido siccoque  
loco exerceatur, vt ferraria, calidam siccamque

Vires suis  
actionibus  
cognoscun-  
tur.

Color tem-  
peraturam  
ostendit.

Calor na-  
turam indi-  
cat.  
Corporis  
habitudo  
eandē uim  
habet.  
Arteriarū  
pulsus idē  
efficit.  
Consuetu-  
do naturę  
proprietate-  
m docet.

Vitę gen⁹  
naturā os-  
tendit.

naturam reddit: Contra, humidam & frigidam,  
si corpus non fatigat, & loco frigido & humido  
exerceatur. Animi quoq; mores, qualis cuiusque  
natura sit, docent: ira enim & furor testes sunt ca-  
lidity: ira vero vacuitas, frigiditatis, Regio,  
temporis cōstitutio, & ambientis nos aeris con-  
ditio, qualis quęq; est, talem & reddit, & testa-  
tur esse naturam. Sexus vero naturę est index: vir  
quidem calidę & siccę: fœmina vero, frigidę  
& humidę.

Animi  
mores tē-  
peramentū  
patefaciūt.

Sexus tem-  
peraturę  
index est.

## T E X.

Nunc vero omnis nostra disputatio de  
iis ægrotis erit, quos exacte, antequam mor-  
bum contraherēt, noueramus: cum quibus  
tamen & reliquos omnes quorū nobis non  
erat perspecta natura, intelligemus. Si quidē  
difficile nō fuerit, ex eo quod perfecte distin-  
ctum est, id etiā quod tale non sit inuenire.

## C O M M E N T.

Quoniam omnis ars a notioribus ad ignotio-  
ra procedit, primū de iis Galenus disputat ægro-  
tis, quorum naturā ad amulsim, dum sani essent,  
perspectam habueris. Postea de iis, quorum natu-  
ra prius, q̄ morbus inuasisset, incognita fuit. Fa-  
cile enim, vt inquit, ex certo exquisitęq; cognito,  
quod incognitum est inuenitur.

A notiori-  
b⁹ ad igno-  
tiora ars  
procedit.

## T E X.

Igitur a febris, quoniā harū curanda-  
rū rationē habere cupiebas, auspicemur, pri-  
mūq; de simplicissimis, quas Hippocrates  
ephemerās, id est diarias, vocat disseramus.

COMMENT.  
 Febrim esse Galenus ait nativum calorem in igneum versum. Is autem nativus duplex est: alter, quem idem author nunc aeream, nunc sanguineam substantiam, nunc vero spiritum vocari scribit, temperatus, non ubique sui similis: in alijs enim partibus elaboratior, in alijs minus elaboratus, (quemadmodum & sanguis), existit omnium naturae functionum author: proinde in nulla corporis parte non continetur, in spatijs quidem inantibus plurimus. Is pro temporum, etatum, & victus ratione, modo auctior, modo minor existit. Ventres, inquit Hippocrates, hyeme calidiores, id est plus continent calidi innati quod eo tempore cutis spiracula, caloris exhalationem prohibeant, frigore astricta. Item eodem tempore mitior, aestate vero parcius, & acrior: pari modo, pueri plus vernaculi caloris, eiusque mitioris: iuvenes minus, sed acrioris habent. Sic & qui calido, & humido victu utuntur, maiorem eius portionem, quam qui sicco & frigido, obtinent. Alterum calorem Galenus virtutum substantiam: aut primum ipsarum instrumentum esse scribit: hoc est quatuor elementorum: vel eorum primarum qualitatum contemperamentum. Cum enim elementorum substantia miscetur, & eorum qualitates misceri necesse est: nihil ergo refert, an harum, an illorum temperaturas, caloris substantiam esse dixeris: quamquam qualitatium esse: magis probet Galenus. Ex harum igitur symmetria, vires: ex viribus, proba actio nascitur. Cum autem varia sint in cor-

Febris.  
 Nativus calor duplex  
 Primus caloris naturalis generis.

1. Aph. 5.

Secundum caloris naturalis generis.

pore partium contemperamenta, variae erunt naturae huius coloris differentiae: aliae enim partes solidae sunt, aliae humores, aliae spiritus: quarum cuiusque suus inest calor: qui cum seipso calidior sit, ac velut ignescit, febrem procreat, in spiritu quidem diarriam: in humore vero, si quidem putris sit putredine, in putredinis expers, synochum: in solidis autem partibus, hecticam. Solidas nunc intelligo, non solum vere solidas, ex semine genitili conditas, sed quae contra humores distinguuntur: ut Galenus docet: hoc est, quae crassiores durioresque sunt: in quo genere continentur, humor insitius, caro, & vere solida substantia: in qua veluti basi omnium aliarum partium, virtutis substantia consistit: id est calor naturalis: quem Galenus naturam solidas partes dispensantem ac moderantem ab Hippocrate vocari scribit. Eiusmodi autem partes corpus nostrum constituunt: quae cum igneam suscipiunt caliditatem, ut diversae inter se sunt, sic diversae febrium differentias efficiunt. Quoniam igitur spiritus corporis simplex est, una tantum erit diariarum species: humor vero quia multiplex, multiplicem differentiam constituit. Concoctus enim praeter naturam sanguis, synochum: putris vero bilis in venis quidem, assiduam: in genere vero carnosum tertianam facit. Ad eundem modum pituita, & bilis atra varias febrium formas gignunt: ut postea docebimus. Eadem ratione hecticae tres sunt species: Prima, cum insitum humorem calor praeter naturam obsedit. Secunda: ubi carnosum genus occupavit, & insitum humorem iam depascit. Tertia,

Varia corporis partium temperamenta. Secundi generis naturalis caloris differentiae.

Calor febrilis.

Calor febrilis in diversis partibus diversas gignit febrium differentias.

Secundae partes. Vere solida substantia.

Vnicam diariarum formam.

Febrium quae ex humoribus accenduntur diversae species. Heticae febrium differentiae.

Diarię cur  
simplicissi  
mę.

vbi vere solidis partibus inhefit, Simplificissimas vocat diarias, quia breuissimę, placidissimę mitissimęq; sunt, minimeq; maleficę cum securitatis indicijs sine malis accidētibus: vt plurimum enim diem integrum non excedunt; ob id quod materia, in qua subsistunt, nēpe spiritus, facillime discutitur: nec mala accidentia has comitatur, si quidē calor in blando vapore mitis ac suavis est.

T E X.

Hę autē ex lassitudine nascuntur, remulgentia, ira, mœrore, excādescētia, furoreue, alijsque vehementibus animi curis.

C O M M E N T.

Ex vehemēti fatigatione in musculis, neruis, copulis, & articulis, lassitudinis sensus oboritur: tēsius, vlcerosus, vel inflāmatorius: pro humoris affectionem afferentis conditione. Eiusmodi enim partes primo calefiunt: deinde calorē vicinis partibus distribuūt: qui cum ad cor peruenit febrem perducit. Quinetiā citra lassitudinis sensum, ex ampliori motu febris accenditur. Temulgentia quoq; febrē gignit: vinū enim; praesertim calidum, si immodice sumatur, vbi à corpore calore accepit, feruentē vaporem ad cor trāsmittit: vnde febris nascitur. Eandē vim habēt gignende febris cibi calidi: Iracūdia etiā, cum sit quasi feruor quidā, ac motus vehemēs irascētis facultatis. In mœrore autē reuocati ad suam originē spiritus sese accendunt: In animi vero curis ac cogitationibus in cerebrū ferūtur, vbi accessi calorē cordi suggerunt, ac febrim pariunt. At furor, & exan-

Lassitudi  
nis sensus  
febrē facit

Temulētia  
febrim ef  
ficat.

Iracūdia fe  
brē gignit  
Mœrore fe  
brem par  
rit. animi  
cure febrē  
generat.

descētia, quę vehemens ira est, spūs celeriter intro reuocatos accēdit. de his paulo post plura.

T E X.

In hoc genere cōtinetur, & quę a bubone originem ducūt: exceptis ijs, quę sine manifestō fiunt vlcere. Hę enim suspiciōne non vacant: minimeq; mites sunt.

C O M M E N T.

Bubones fiunt à delitescente intus causa, vt viscerum inflāmationibus, humorū vel malignitate, vel plenitudine, sepeq; ex pestilēti humore. vñ de certum est ortas ex his febres, mala suspiciōne nō vacare, præcipue pestilētes: quę toto genere pernitiōse sunt: quęadmodum & quę ex viscerū inflāmationibus nascuntur. Ex corporis autē plenitudine, & malo humore, curatu quidē difficiles sunt: sed quam heminus periculose. Ex evidentibus causis orti bubones, febres oīno mites, omniq; periculo vacantes, pariunt. Euidentes causę sunt, vlcus, dolor, ictus et similes, q̄ iuxta magnas vel venas, vel arterias, existunt: vt cruris quidē, si in inguine: manuum vero, si in alis: quęadmodum & capitis, si hm aures affectus sit.

T E X.

Sed & peruigilium simplicem febrem sæpe attulit: quemadmodū & algor, nonnunquam & ardor.

C O M M E N T.

Vigiles sensus nūquam ociosi sunt, sed semper agunt: eliciuntq; spiritus, qui accēsi febrem generant: frigus cutim claudit: proinde solitū efflu-

Bubonum  
causę.

Febres ex  
bubone q̄  
malę.

Febres ex  
bubone q̄  
mites.

Vigiles sē  
sus ociosi  
nō sunt.  
Frigus cu  
tē claudit.

Solis ardor  
quibus mo-  
dis spiritū  
accendat.

uium cohibet: quod si calidum acreq; sit, febrem gignit: si benignum, plenitudinem. Solis ardor tum inspiratu tum arteriarum attractu, tum cutis contactu, spiritus accendit. Nam si cutis hunc diutius patiatur, inarescit, contrahiturq; ita vt effluuium supprimatur: atque ex accidenti, non aliter quam frigus, febrem gignat.

## T E X.

Omnes hę febres solui facillime possunt: siquidem ad balneas, aliamq; vsitatā viuenti rationem, egrotum statim ducere oportet. Itaq; qui multorū sermone celebratam illam diatriron, id est triduanam in ediam, in omnibus ijs admittunt, febres reddunt sepe acriores: tamen si etiā alioqui delinquunt, quemadmodum ex ipsis videre est nō paucos, q̄ quoties ægrotos inuisunt ita aberrāt, vt certe manu factas ægri tudines inducant.

## C O M M E N T.

Diatrī fe-  
bres facili-  
me curant  
Balneum  
diatrijs fe-  
brib; cōmo-  
dissimum.  
Post laua-  
tionem ad  
solitam vi-  
ctus rōnē.

Ephemerā, id est diatriā facile, inquit, curant: quandoquidem subiecta earū materia prompte soluitur: itaq; balneum illis vtilissimum est, tum quia consuetum, tum quia morbi reliquijs, & ex morbo relictis affectibus medetur: vt postea dicitur. Post lauatiōnē, ad aliam consuetam victus rationē, hoc est solita negotia, exercitationes, cibum, & potū relegat: nimirum a febre iam vindictos. Igitur perperā mirificā illā diatriron, id est triduanam in ediam, instituit nōnulli ex qua febres longe acriores redduntur: præcipue in naturis biliosis, quę prompte accēduntur. Quod si longior in edia sit, in hecticas, ac tandem in torridū ma-

rasmum sit transitus: aut in syncopem, si os ventris facile iniurijs patet: vt late docet Gale. libro octauo Methodi medendi. Nec in hac solū transigenda diatriron, sed & in alijs quoq; oberāt pluri mi medici: adeo vt manu factos morbos inducere videantur, scilicet methodi medendi expertes: vt mox dicitur *ὅτι καὶ χειρόπιπτα ὄντων ἐγείνασθαι νοσήματα*, id est manu factas ægri tudines inducunt: manu factas vocat Galenus, non quæ sponte eueniunt, sed medici opera fiunt.

## T E X.

Harum igitur febrium prompta est curatio, sed diligentia exigit maiorem dignotio: de qua ante nos nullus, quantum res poscebat, cōscripsit. Itaq; mirū nō est multos tantum curādo allucinari, quantū a cognitioe aberrāt. Nōnulli enim casu quōdam in graues sæpe morbos inciderūt: velut temulentii, vel sole exusti, vel refrigerati, vel labore fatigati, vel vigilijs passi, vel furore cōcitati, aut alia quauis occasione, quę ex se ledere idonea sit, affecti: deinde oīa ob causam quę antecessit accidere, neq; aliā subesse affectio nem arbitrati, negligētius victus rationem instituentes, nō intellexerūt sese in incurabilem, aut ægre quidē sanabilē morbum, ruerē. Ob id igitur adhibēda oīno diligentia est, quę ad modū Hippocrates admonet, vt nō solum futura præsentiamus, sed & præterita & præsentia cognoscamus. Etenim quod

egger est re-  
legandus.  
Diatriron  
febris inu-  
tilis.

Diatrijs fe-  
bres inu-  
tilis est  
non quæ  
spontē  
eueniunt  
sed medici  
opera fiunt.

nūc proponimus ad eam artis partē attinet: quod & nos, q̄ dilucide poterimus explicamus. Neq; parui refert, an egrotū iā lauare cōsidereq; an sibi cauere, ac se tueri iusseris.

## COMMENT.

Diarię facile curatur.

Magna inter diarias cognatio.

Prompte diarias, si quidem cognite sint, posse curari, iam diximus, atq; mox dicemus: verum haud ita facile dignoscuntur. Quum enim omnes hæc magnam inter se cognationē habeant, signaq; quibus deprehenduntur, parum à salubribus differant, non facile eas cognoscas: aut si cognoscas, nō facile distinguas an ab hac, an illa causa accellerint, nisi diligenter, quæ circa egrotū sunt, tum præterita, tum præsentia, tum futura perpēderis. Quo fit, vt multi curando has febres hallucinentur. Si quis igitur ex temulētia, vel æstu, vel perfrictione, vel lassitudine, vel vigilijs, vel furore, aut alia euidenti occasione, febrem contraxerit: isq; cruditate, vel vitio humorū laborans, præterea vel obstructione, velit oīum curationē ad temulentiam, estum aut alias euidentes causas referre: nullam aliam causam subesse, hoc est neque cruditatem, neq; corruptionem humorum, neq; cutis aut viscerum obstructionē arbitratus oscitantiusq; victus rationem instituat, in quod putas periculū prolabetur: nempe in grauissimum, hoc est morbos incurabiles, vel qui facile curationem non admittant. Recte igitur monuit Hippocrates diligentissime omnia, quæ circa egrotum sunt, præsentia, præterita, & futura disquire, vt recte, quæ agenda sint, institueremus.

Tex.

## TEX.

Accedentes igitur ad egrotum, in primis quæ in ipso sunt præcipua, deinde vero alia cōtemplari oportet, ne minimū quiddam, si fieri omnino possit, omittentes. Siquidem ut indicationi, quæ a maximis sumitur, magis aut minus credamus, ex aliorū accessione efficit. Maxima vero signa in febricitantibus omnibus, ex pulsibus & vrinis petuntur: quibus alia omnia quæ in facie esse docet Hippocrates, & quæ ab accubatione, & respiratione, quæque ab excrementis, tum superiorum tum inferiorum partium sumuntur: atque etiā, si quod appareat accidens in quacunq; corporis parte, aut eius actione (qualia ille sexcēta in sexcētis locis scripsit) addenda sunt: neque ex his vllum oscitaret prætereundum est. Hæc quidem febrium omnium cōmunia sunt. Itaque in his etiā simplicissimis, de quibus præsens est disputatio, nullum horum relinquendum est.

## COMMENT.

Præcipua maximaq; signa sunt, quæ maxime certissimeq; morbum expriment. Obscura vero minusq; præcipua, ex se quidem parū hunc ostendunt, sed alijs addita reddunt illustriorem: atq; ea ipsa alios effectus produunt, vnum enim idemq; signum, obscurū & illustre esse potest in diuersis morbis. Siquidē spiritum in pleuritide, affectum iuculentissime monstrat: in febre vero, obscures

Signa præcipua, Obscura si gna.

Gal.

C

Febrim  
principes  
notę ex q-  
bus defu-  
mantur.

Febris sub-  
stantia.  
Partes que  
pręcipue fe-  
bre obside-  
tur.  
Notę fe-  
bris minus  
certę.

quemadmodum vrina febris est certissima nota, pleuritidis vero fallax. igitur febrim (quonia de his nostra est disputatio) principes notę ex eorum substantia: partis quę pręcipue affligitur actione læsa, & excrementis, sumuntur: quęadmodu, & a qualitatibus, quę necessario consequuntur. Substantia est in genere caloris, vt acris, mordax, &c. Partes quas febris maxime occupat, sunt cor, arteria, & venę. Itaq; pręcipue in febris notę, ex harum partiu actione læsa, & excrementis petuntur: hoc est ex pulsibus, & vrinis. Alia vero notę quę nõ solum, nec semper affectu indicant, tum ex isdem ducuntur, nempe actionis noxa, & excrementis: tum ex qualitatibus partiu, non primo ac pręcipue affectarum, sed secundo & comitatu quodã, verbi gratia, pulmo incalfacto cordi, & arterijs cõsentiens, naturalem spiratione mutat, ita vt seipso crebrius spiret: Et iecoti venisq; affectis stomachus, venter, & alia partes cõsentiant: itaq; male suo munere fungente iecore, & venis, venter & reliquę corporis partes improbe cõcoquunt: vnde fit, vt excrementa quoq; oris, alui, & pulmonis, aliarumq; partiu, non aliter atq; vrine cruda appareant. Quod si incresecat febris, a deo ut partes modo cõmemoratę, hoc est cor, & iecur, imbecilliores reddantur, condolefcet cerebrũ: actionisq; tum sup, tum partiu a se prodeuntium notis, non modo affectu, sed & eius magnitudinem fatebitur. Nam Inmen refugerę, visa simulachraq; apparere, peruigilare, delirare, egre spirare, cubare supinũ, manibus & cruribus exrentis delabi ad pedes: hæc inq; omnia, & alia id

genus, quę Hippocrates fulsissime tractauit, cerebri & partiu ab eo ortarum primario actione læsam esse significant: ex accidenre vero febrim, eiusq; vehementiã. Sic & comites qualitates sensiles affectum producit: sensiles dico, quę sensibus percipiuntur, ut visu rubor, pallor, nigrities tum linguę, tum faciei, tum cutis uniuersę: in quo genere cõtinentur & notę, quas ex facie deprehendi docet idem author in prognosticis, ad hunc modum, Nares acutę, oculi cõcaui, collapsa tempora. Olfactu, odor anhelitus, ructus, excrementoru alui, sudorum, vaporum, vrinę, spuri, aliorumq; corporis recrementorum. Gustu, nidor, acor, salitudo, amaror, & id genus qualitates. Auditu, vox clangosa, tremula, rauca, aurium tinnitus, inrestinorum bombi & alij soni. Tactu, caliditas frigiditas, humiditas, siccitas, durities, mollities, tensio, laxitas, asperitas, læuitas linguę, & cutis aliarumq; corporis partium. His adduntur rigor, horror, pruritus, punctiones, & doloris omnes differentię. Adduntur & causę externę, vt victus ratio, exercitatio tum animi tum corporis, tēpus, locus, & præsens aeris conditio, vigilię, animi affectus: & corporis ad morbum suscipiendum pronitas, vt ætas, temperatura, habitudo: morbi item palsim grassantes. Nam si hæc diligentius considerentur, non modo affectus differentiam, sed & magnitudinem, luculenter ostendunt.

T E X.

Perspectis autem tum ex pulsibus, tum vrinis, febris moribus: pulsibus quidẽ nullam inflammationis notã, nullamq; omnino

in vno arteriæ percussu inæqualitatem habentibus, aut si habeant, prorsus exilē, vrinis vero, vel eas quæ secundum naturam habent, omnino imitantibus, vel a naturali statu parum deflectentibus, ad alia, quæ ante cōmemorauimus omnia, veniendum est. Cumq; omnia, velut cōcentu quodam consonant, iam fidendū est, quærendumq; si lubet, ab ægroto, num qua causa euidentis præcellerit, quod si fateatur æger, expectata prima febris solutione, protinus lauādus est: scilicet eius specie ex solutionis modo certius cognita. Nam tunc arteriarū motus huic omnino, qui in sanis sentitur, respōdet. Cum is in nulla alia febre, ad naturalem statum redeat, etiā si temporis spatium inter prioris accessions finē, & sequentis initium, longum sit, velut in tertianis, & quartanis: in quibus semper febris vestigiū relinquitur. In diarijs vero cessante accessione, omnia simul signa abolentur: harū tamen plurimæ in madores soluuntur: nōnullæ in lenes sudores: aut omnino velut vapor aliquis copiosus ex imo corpore exhalat. Sed & vrinæ eo tempore, lōge q̄ per initia, meliores tibi apparebunt. Neque vero si quis cum febre caput, aut partem aliā dolor occuparit, is amplius manet. Si vero & æger facile morbū ferat certissimū est indicium,

quod velut impressum quoddam sigillum omnium maxime febris mansuetudinē exprimet. Q, si, dum lauantur, insolitum frigoris horrorem, aliamque molestiam non sentiant: ac deinde post lauationem facile tollerent, ac bene ferant, cibus offerendus, vinumque potui dandum est sine formidine, quantum res præfens efflagitat.

## COMMENT.

Inflātionis, vt non vnum est tempus, vnaq; differētia, ac locus vnus, sic nec eundem pulsum perpetuo, nec vbiq; seruat. Nam si illa magna sit, aut principem corporis partem occupet, pulsum in toto corpore variat: sin parua, ac in parte non insigni: in ea solum mutat, quam obsederit. Itaq; per initia maiorem, vehementiorem, celeritorem, ac frequentiorē reddit. In incremento præter magnitudinem, vehementiam, celeritatē, & frequentiam inauctas, duriorē ac magis vibratam. In vigore autem omnia hæc manifestiora habet, sed minor in alijs temporibus: nō tamen languidior, nisi vires a morbo victæ, imbecilliores reddantur. In declinatione vero, graciliorē, & duriorē, præsertim si diuturnior sit, ac in scirrhu mutata inflātio. Cæterum inflātionum omnium pulsus ferrans communis est, inæqualitas vero, quā vnus arteriæ occurfus parit, tum in vna eius parte sit, tum in pluribus: in vna quidē, cum principio celer, in fine tardus: aut cōtra, principio tardus, sine vero celer: vel principio moderatus, sine vero vel celer, vel tardus: idq; vel cū motus

Pulsus in inflātionē idē petuo non manet.

In omni inflammatione pulsus est ferrans.

Pulsus di-  
crocus,

interceptione, vel sine hac, aut cū recurrit: recur-  
rit autem cum sine manifesta quiete, his digitis  
ferit: vnde & dictotri nomen meruit. Cum enim  
mouendi instrumentum impeditum nō est, & vr-  
gēti necessitati facultas obsequitur, magnum ne-  
cessario pullum edit sine vlla inæqualitate: si in-  
peditū est: necessario hæc sequitur. Per febres au-  
tem putridas vrget necessitas, & quārum potest,  
obedit facultas: impeditur vero instrumentū, vel  
obstructione, quæ vias transpirationi precludit,  
vel humorum abundantia, quæ facultatem degra-  
uat: vnde ipsa necessitati impar redditur, proin-  
deq; aut quiete motus intercipitur, aut continuus  
quidem manet, sed non paris celeritatis pro ma-  
gnitudine causarū motū impredientium. Quod si  
durum instrumentum sit, validamq; facultatē ne-  
cessitas vrgeat, recurret pulsus. Itaq; in diarijs, cū  
neq; humorū sit abundantia, neq; obstructio, sal-  
tem tanta, quæ motum remoretur: neq; tanta arte-  
riæ durities, quā valida virtus efflagitate vsū nō  
nisi magna vi distendant, nullam talem inuenies  
inæqualitatē. In diuersis vero arteriæ partibus,  
inæqualitas vel cōtinua est, cum cōtinerent in ar-  
teriæ partibus duabus, vel pluribus sit mutatio, à  
celeritate in tarditate vel mediocritatē vel cōtrā;  
aut interrupta est, vt cū primus & tertius & quar-  
tus digitus, aut primus, secundus & quartus, aut  
primus & quartus pullum sentiunt, reliqui nō sen-  
tiunt. Atq; hæc inæqualitatis differentia nō neces-  
sario febrem consequitur. Vt in secundam naturā,  
colore quidem subrufæ, & substantia mediocres:  
in quibus quod residet, candidum, leue, ac equale

In diarijs  
nulla pul-  
sus inæqua-  
litas,

Pulsus inæ-  
qualitas in  
diuersis ar-  
teriæ parti-  
bus,

Vt in secū-  
dā naturā  
quales,

est. Alia autē signa, quibus febris mores deprehē-  
duntur, ex facie, accubatione, respiratione, & alijs  
quæ modo exposuimus, ducuntur. Cū igitur pul-  
sus nullam inæqualitatis aut inflātionis notam  
habet, vrinaq; ijs quæ secundum naturā habent  
simillimæ, vel ab his parum desectunt, aliæq; si-  
gna, quæ prius retulimus, consentiunt, ita ut om-  
nia cōcentu quodam consonent & ad hanc febrem  
exprimendam cōspirent, precesseritq; aliqua eui-  
dens occasio, velut iracundia, furor, aut id genus  
alia, certum est eam diariā, non putridā febrem esse.  
Proinde post primā accessionis solutionē, ægro-  
tum lauandum esse. Primam diariæ accessionem  
dixit, non quod altera futura sit, sed quadam lo-  
quendi proprietate, veluti cum dicimus, mulie-  
rem primo partu interijisse, cum non sit rursus pa-  
ritura. Finita igitur prima accessione statim la-  
uandum præcipit, magna ex parte propter con-  
suetudinem. Nam paulo ante dixit. Omnes hæc fe-  
bres facillime curari possunt: siquidem ad bal-  
nea, aliamq; uictus rationem perducere oportet.  
quod perinde est ac si diceret, tam omnino sani  
sunt, proinde ad cōsuetam uictus rationem rele-  
gandi: in qua lauationem cōtineri cōstat. Prodest  
vero & balneum, quia febris materiam, si qua su-  
perest, discurit: corpus humectat, & refrigerat. So-  
lutionis modus febris speciem declarat: si quidem  
hac soluta pulsus sanorum pulsiui similis omnino  
remaneat, omniaq; alia secundum naturam ha-  
beant, ac symptomata, si qua sint, vnā cum febre  
evanescent, soluaturq; hec in halitū, q̄ sensum effu-  
giat aut copiosos vapores, vel maiores, vel sit

Quibus si-  
gnis febris  
mores dep-  
hendatur.

Prima dia-  
riæ accessio  
quomodo  
intelligi de-  
beat.

Balneū dia-  
riæ utile.  
Solutionis  
modus spe-  
ciem febris  
declarat.

Insen-  
sibilis  
transpi-  
ratio.  
Vapor.  
Mador.  
Sudor.  
Febris pu-  
ris nosse.

Vring in  
febris dia-  
rig declina-  
tione qua-  
les.  
Manuetis  
sime febris  
signa.

dores suaues, certissimū est diariæ accessiōem fuisse. nā & pulsus naturalis, & vaporis, madoris, ac sudoris suauitas, omnē abesse putredinē dilucide testantur: vt quæ à materia proba ortum habeat: quæ si pauca sit ac tenuis, & ad cutim subiectamq; carnem paulatim feratur, & calor febrilis nōdum in totū sit remissus: insensibiliter exhalat. Sin copiosior, & crassior materia sit, & violēter acta, calorq; remissior, in speciē vaporis, madoris, aut sudoris pro modo ante dictarū causarum magis minusve auctarum erumpit. Contra pulsus præter naturam, & excrementorum acrimonia, putrē a desse febrē fatentur: in qua neq; sudor, neque vapor, neque mador suauitatem vllam habet, sed tetrum odorem, & saporē, mordaxq; calor est. Cæterum nec pulsus in earū intermissiōne, quātumuis longa sit, vt in quartanis & tertianis. ad naturalem statum redit, propter febris reliquias: fieri enim non potest, vt iuste effluuium acre expiret febre ab obstructiōne magna ortum habente. In diariā autem, omnia quæ præter naturam sunt in declinatione abolentur: tum propter materiā facile expirabile, tum quia nihil eius obstructiō remoratur: aut si quid est, id admodum exiguū est: & quod à medico in prima accessiōe deleri possit. Vrinæ quoq; eo tempore meliores, quàm per initia, apparent: quia natura sibi restituta in febris declinatiōe melius, quàm per initia suo munere fungitur. Ad hæc si eger facile malum hoc ferat, certissime, maximeq; febris māsuētudo declaratur: facile enim fertur morbus, q̄ malis careat accidētibus: qualia sunt capitis & stomachi,

& aliarū partium, uehemēs dolor, cibi fastidium, inquietudo, sitis inexplebilis, et alia id genus synpromata. quibus magis ipsi ægroti minusue cruciantur, pro humorum & vaporum putredine, et acrimonia: ex qua illa oīa ortum habent. Diariæ autem (quoniā neq; calor acris, neq; mordax vapor, vel succus infestat) nulla aut blāda accidētia inuehunt: proinde facile ferūtur: Quod si dum lauantur, insolitū frigoris horrorem, aliamq; molestiam nō sentiunt: sed post lauationē deinceps statim facile tolerant, beneq; ferunt, cibus offerēdus, vinumq; intrepide potui dandum est, quantū statim præsens efflagitat. Insolitū dixit, quia in tertiā balnei parte, frigida conspersi inhorrescunt. Itaq; si in alijs balnei partibus frigus, horror, vel rigor, vel alia molestia sentiatur, vt sensus inæqualitas, certum est acrem, aut putrē humorē, vel vaporem in corpore esse. liquatus enim à balneo humor, delatusq; per mēbra sententiā frigus, horrorem, vel rigorem, pro acrimoniæ vehementiā, & delationis celeritate, incurrit: sensus vero inæqualitatem vapor subcalidus, vel erodens: quem balnei calor suscitauit. In diariā vero, vt pote eiusmodi acrimoniæ experte, corpus neq; friget, neq; riget, neq; horret. Si igitur, dum lauantur neque frigus, neq; horror, neq; rigor, neq; vlla alia molestia infestet, per seueretq; corpus facile affectū ferre: cibū offerre, vinūq; potui dare licebit, pro rei præsentis necessitate. s. pristinæ sanitati iam restituto. Nā alij cibum desiderāt liberaliorem, velut qui ex inedia & nimio labore febricitāt: alij partem, velut q̄ ex cutis desititate: vt mox docebit.

Diariæ ma-  
lis accidētibus  
causæ.

Sensus fri-  
goris, hor-  
toris & ri-  
goris i bal-  
neo causæ.

Inæquali-  
tatis sensus  
causa.

Quādo in  
diariā cibū  
dum.

## T E X.

Nos vero, vt nosti, ab ægroto sciscitari non sustinentes, causam quæ præcesserit, dicere solemus: quod maximū est argumētū, eū nō errare, qui talē sit adeptus facultatē.

## C O M M E N T.

Causam quæ ephemerā, id est diariam præcessit, tum ægrotus indicare, tum notis quibusdam deprehendere possumus; quam qui inuenire, citra laborantis operam norit, hunc in febris curatione minime hallucinari verisimile est: quā vt prius dictum est facilis est eius curatio, difficilis vero cognitio, sed quæ in vsu, & diligentia haberi possit, in quodam exemplari manu scripto *σιώουδα*, legitur pro *πρωμεδα*, quod & nos secuti sumus.

## T E X.

Si vero manentibus adhuc animi motibus, ægrotū cōtempleris, maxime ex pulsibus, vt in libris de Pulsibus declaratum est: deinde ex alijs dignotiō petenda est. Quod si hi sedati fuerint, affectū vero reliquerint, ex pulsibus quidā perturbationū, quæ febrē attulerunt, indicium obscurū habebis: sed reliqua sine pulsibus tibi sufficient. in oībus enim, vt plurimū vrinę rufę apparent. His uero, qui ex mœrore laborāt, acrimonia potius: quæ caloris abundantia inest: quēd modū cōtra hīs qui ex furore. Sed & corpis macies in his quos mœror, quæ quos cura confecit, manifestior conspicitur: oculorūq; cauitas & insueta quēdā decoloratio, quæ quidē &

aliorum, qui quomodocūq; cogitationem exercuerint, cōmunia sunt. Verū ex oculis maxime discernere licet, ex quibus & in sanis quoq; animi mores cōijcere possis. At in ægrotis perspicua magis tibi signa erunt, si accurate cōspicere queas. Sic illi quēdē ab affectis mœrore distinguēdi sunt, qui in discipulis, & speculationibus mētem exercuerūt.

## C O M M E N T.

Animi motus sunt iracūdia, furor siue excādescencia, tristitia, timor, & id genus alij, qui febrē, vt diximus, inferre solēt. Quales autē in his sint arteriarum pulsus, quæ breuiter poterimus, ex libris de Pulsibus Galeni docebimus. Iracūdie (inquit) pulsus est altus, magnus, vehemēs, celer, creber, Tristitię, paruus, lāguidus, tardus, rarus. Timoris recentis quidē, celer, vibratus, & inordinatus, inæqualisq;. Inueteratus vero similitē habet tristitię. Quod sic ostēdimus: Pulsus efficiunt facultas, vsus, & instrumentū, vrgente enim necessitate, obsequēte vero facultate, & instrumēto nō reluctante, arteriam in oēm dimensionē, tantum distendi, quātum vsus efflagitat & facultas potest, necesse est: proindeq; vrgente calore, magnū pulsus fieri, si tamen distentionē, spatium quod arteriam capit, vtpote angustius, quā pro dilatationis necessitate, nō impedit. Eadem rōne, & celerem, ac frequentē. Quod si iustam, ac necessitati, facultatēq; debitā, spatij angustia nō admittit, altitudine compensabitur, modo ictui cutis cedat. Cōtra lāguente facultate, vsuq; nō admodū interpellan-

Animi motus.  
Pulsus iracūdie.  
Pulsus tristitię.  
Pulsus timoris.  
Pulsus iracūdie.

Tristitię pulsus.  
Timoris pulsus.  
Magni pulsus cause.  
Celeris & frequentis pulsus cause.  
Pulsus alti cause.  
Parui pulsus cause.  
Inæqualis pulsus cause.

te, minimeq; instrumēto renitēte, paruus erit pul-  
sus, languidus, & rarus, sine inæqualitate. Si vero  
necessitati impar sit facultas, aut instrumentum  
cōtumax, hoc est durū cōpressum, tēsum, obstru-  
ctum, vel humorū copia degrauatū, aut vtrunq;  
celer & inqualis, atq; etiā, si auctē sint causæ, vi-  
bratus sit. Igitur cum per iracundiā, & furorem,  
illata iniurię species abijciūtur, spiritus intro tā-  
quā ad arcem turissimā cōfugiunt, in qua ab emi-  
nente iniuria se tueri videant. Postmodum ira ad  
vindictā nos impellēte, spiritus magna vi resum-  
ptis viribus foras resiliūt. Itaq; manente spūs &  
sanguinis in corde feruore, assidue calidos vapo-  
res nascitāte, qui in corpus diffundūtur, sit vt ma-  
gna caloris abundantia totū corpus occupet, vñā  
cum pulsus magnitudine, tanta quidē, vt eam am-  
biens arteriam locus excipere nō valeat: proinde  
altitudine cōpensatur, frequentia, ac celeritate. In  
tristitia vero spūs quidem intro feruntur, sed non  
assatim, ibiq; coarctātur, ac velut suffocātur: nec  
rursus ut in iracūdia, foras spargunt: sed sese accē-  
dunt, ac cōsumunt: vñde tēporis progressu humi-  
ditas absūmitur, & virtus cōsopitū, obruit, de-  
fescq; redditur: eam ob rem pulsus sunt parui, lan-  
guidi, rari: quia necq; necessitas vrget, necq; valida  
facultas est. In timore autē recenti, celeriter intro  
velut ad suam scatebrā, mouentur sanguis & spi-  
ritus, mēs quoq; cōturbatur. Natura enim cōmo-  
ta, atq; vt sibi prouideat sollicita, modo huc, mo-  
do illuc impellit spiritus: qui motu accenduntur:  
vñde sunt pulsus celeres, scilicet vrgēte necessita-  
te. Mēs vero cōcitata, inuales ac vibratos red-

vibrati pul-  
sus causę.

Pulsus ira-  
cūdię & fu-  
roris.

Tristitię  
pulsus.

Timoris  
pulsus.

dit. In inueterato vero dissipatis spiritibus, virtu-  
teq; elāguescēte, pulsus quales in tristitia esse do-  
cuius, reddūtur. Sunt & alia signa, quibus hæc  
deprehendi possint: de quibus mox differetur.  
Quòd si animi motus sint cōpositi, ceterum affe-  
ctū aliquē in corpore reliquerint, alijs signis sunt  
dignoscendi: qñ sic pulsus obscure illos prodere  
pōt, non enim manēt causę pulsus variātes: Alijs  
ergo notis distinguere oportet, que relictum affe-  
ctum sequātur: sumuntur autē hæc ex vrinis, calo-  
ris differētia, oculorū & corporis habitudine. Si  
quidē oibus id genus febribus, vt plurimū vring-  
fluę sunt, ob bilis admixtionem, quā animi per-  
turbationes pepererūt, sanguis enim feruore bi-  
liosis redditur: verū acrior in febre ex mœrore,  
copiosior & suauior ex ira & furore calor ē. Mœ-  
ror enim humorē corporis absūmendo, vt dictū  
est, corpus reddit aridius, proinde calorē acriorē,  
& parciore ob materię que hūc defert, penuriā:  
furore vero, copiosum vaporē ex sanguinis feruo-  
re excitatum (qui vehiculū est calor) ad cutem  
trāsmittit: vñde calor & vberior, & blādiior senti-  
tur. Sed & corporis macies in his quos mœror q̄  
cura conficit manifestior apparet, græce itā ha-  
betur. *ἀλλὰ καὶ ἡ χυρὴ τοῦ σώματος ἐπιδηλοῦται  
ἐν τοῖς λυπηθεῖσιν ἢ φροντίσασιν*, Leoniceus,  
& vertit: nos vero, quā, vt sit sensus: quibus mœ-  
stitia febrē attulit, magis emaciātur, q̄ quibus cu-  
ra ac cogitatio: quod & sequēs dictio subindicat  
ad hūc modū: Sic quidem ab affectis mœrore di-  
stinguendi sunt, qui in disciplinis & speculationi-  
bus mētē exercuerūt, ex quibus verbis palam est

Quib\* no-  
tis post cō-  
positos ani-  
mi mot\* fe-  
bris depre-  
hendatur.

Mestitig &  
cure signa  
differunt.

en cur  
do hoc  
no mo  
i man

In curis &  
cogitatio-  
bus corpo-  
ris habitus  
min<sup>9</sup> exi-  
catur,

discrimen esse inter mœstitiæ & curæ notas. Si-  
quidem ex mœrore nascitur macies luculentior:  
ex cura obscurior. Quoniam in mœrore intro ad  
caloris natiui originem reuocantur spiritus: vbi  
facile ob loci caliditate accenduntur ac digerun-  
tur, humorq; in vapores dissipatur: vnde corpus  
tēporis spatio exiccatur, emaciaturq;: tātum qui-  
dem, quātus est affectus. In curis vero ac cogita-  
tionibus, ad caput ferūtur: in quo minus ob calo-  
ris penuriā, q̄ in interno corpore absumuntur: mi-  
nus enim ob loci frigiditatem inflāmantur, & re-  
soluuntur: p̄inde corporis habitū minus exiccāt,  
ac extenuant. hinc fit, vt oculorū quoque cauitas  
vtrique affectui sit cōmunis: sed in curis & cogi-  
tationibus, minor, quia spūs & humores minus,  
vt ostēdimus, absumuntur: in mœrore vero ma-  
ior, ob loci caliditate spiritum & humores resol-  
uentem. Insueta quoq; decoloratio quēdā hos af-  
fectus sequitur. s. cute ipsa natiuo calore destitu-  
ta. Quēadmodū enim solis splendor, quas contin-  
git res, reddit illustriores: ita natiuus calor colo-  
ratiōe reddit cutē: quo absente velut de mortua  
apparet: vt in timōre, & lōgis ægreditinibus. Ex  
oculis porrō animi mores, nō solum in ægrotis,  
sed & in sanis deprehēdi possunt: verū in his ob-  
scure, in illis perspicue magis. siquidem in ægro-  
tis ex animi motu insignis affectus remanet: in sa-  
nis vero obscurus, nisi frequēter admodum mens  
cōcitetur. Nā sic affectus cū in alijs capitis parti-  
bus, tū maxime i oculis p̄spiciuus relinquitur. Ocu-  
li. n. nō solū cerebro cōsentiant, sed & alijs duo-  
bus principijs: nēpe iecori, & cordi p̄ neruos, ve-

Ex oculis  
ai mores  
deprehen-  
duntur,

nas, & arterias. hec enim tria, anime operum sunt  
principia, Iecur quidē cōcupiscētig, hoc est vene-  
ris, esculentorū, & poculentorū desiderij. Cor ani-  
mose facultatis, vt iræ, furoris, timoris, tristitiæ,  
victorię, imperij, honoris, glorię, & similitum. Ce-  
rebrum vero apprehēdendi, intelligēdi, & memo-  
randi vi donatum est: veritatis, scientię, discipli-  
narū, prudētię, aliarūq; honestarū rerum appeten-  
tię. Ceterū aiosæ facultatis motus sunt, obiectis  
rōnali potentię (quę in cerebro sedē obtinet) iræ,  
tristitię, furoris, & aliorū animi affectuū formis:  
q̄ tantū hāc permouēt, q̄ magnas grauesq; esse du-  
xerit. Has emotiones indicia quēdā cū in corpo-  
re vniuerso, tum maxime in facie produnt, alia  
alias. Leti, verbi gratia, frōtem, oculos, totaq; sa-  
ciem exporrigunt: scilicet effusis in eas partes spi-  
ritibus, eiusq; cutē tendentibus. Mœsti easdē par-  
tes in rugas contrahunt, demittuntq;: quasi intro  
recurrētēs spūs sequantur. Exandescētibus verō  
tota facies calet, & rubet: oculiq; p̄minēt, ac scin-  
tillant: spūs enim & sanguinis feruor in corde ca-  
lidos vapores suscitant: q̄ in corpus vniuersum,  
maxime autē in oculos feruntur: cum instrumenta  
sint, quibus hostē persequimur. Ex crebris hisce  
emotionibus similes animus mores horumq; no-  
tas frons, & facies cōtrahunt: p̄cipue vero ocu-  
li, q̄ hi tum vberimū recipiunt spūm, ut quę in  
uidēdi functiones absumant, tum duobus princi-  
pijs, nēpe cerebro obiectā emotiōis speciē appre-  
hendenti, & cordi emotiōne excitātā cōsentiant.  
Nerui enī per quos fit visio, spiritus capacissimi  
sunt: & ad ipsos oculos peruenit non exigua arte-

Iecur cōcu-  
piscētig est  
principiū.  
Cor aiosæ  
facultatis  
principiū,  
Cerebrum  
rōnis prin-  
cipiū.  
Aiosæ fa-  
cultatis  
motus quō  
sant,

Animi e-  
motiōes q̄  
quas affe-  
ctiōnes re-  
linquant.

riarū portio: p̄ quas in animi motibus ferat spūs. Adde q̄ in oculis ob candorē splendorēq̄, notę cōspectiores redduntur. Itaq̄ frons rugosa, tristitia ac seueritatis nota est: contra hilaritatis, m̄a suetus dinis, & clementię exporrecta. Iracundiam uero oculorū igneus calor, ac scintillās splendor fatent. Harum quoq̄ affectionū notę natiuas tēperaturas sequunt: ut si uerbi gr̄a, oculi tactu calidi sentiantur, minimeq̄ excrementosi, p̄spicue cernant, latasq̄ uenas habeāt eisdēq̄ rubras, principia calida siccaq̄ esse testātur, proinde qui tali tēperamento eas partes p̄ditas habet, facile discunt, magna arduaq̄ appetunt, audaces sunt, animosissimi, iracundi, furibūdi, implacabiles, p̄cipites.

## T E X .

Eos uero, qui ex peruigiliis febricitāt, tū decoloratiōis differētia ab aliis discriminat: (ipsis enim subtumida facies est) tum manifestus oculorū motus. Vix enim palpebras attollunt, hisq̄ inest humiditas: nam mœrore & cura affectis, inarescunt. Cæterum cauitas commune omnium accidens est, nēpe tristitię, uigiliarū, & cogitationis, & studiū, non tñ furoris, in quō nec oculorū cauitas, nec decoloratio manifesta cōspicitur. Calor quoq̄ vberior est ex altoq̄ corpe celeriter erūpit: nec pulsus magnitudo perit: quem admodū i uigiliis, mœsitia, et cogitatiōib⁹. A furore itaq̄ euidentissime hęc distinguunt: illa uero inter se quēadmodū añ diximus.

Comment.

## COMMENT.

Decoloratio uigiliarū comes est, & faciei tumor, grauisq̄ oculorum motus, & palpebrarum humiditas. Vigilię enim, cum cōcoctionem impediunt, humorum & vaporum crudorum copiam pariunt: calorem natiuum imminuūt, corpusq̄ resoluunt: unde sequitur decoloratio, faciei tumor, palpebrarum humiditas, earumq̄ mouendarum difficultas. Per uigilias enim cerebrū sensusq̄ instrumenta assidue exercentur: unde plus facultatis, & spiritus animalis absumunt: quibus tandem resolutis, & in actiones obtundas insumptris, vitales spiritus, antequā integram elaborationem sint experti assidue alliciūt. In summa naturam a coquendi munere auocant: quocirca magnam cum in reliquo corpore, tū in cerebro cruditatem relinquunt. cæterum fatigatis animalis uirtutis instrumentis: caput imbecillius redditur: unde cōmemorata incōmoda sequuntur: nempe eruditas, & caloris naturalis imminutio: ex quibus rursus sequuntur decoloratio, tumor faciei, palpebrarū humiditas, earumq̄ motus grauitas: scilicet resoluta facultate, & sollicitudine, copia degrauante. In mœrore & sollicitudine, inarescunt oculi. Nā mœror reuocatos intro spiritus absumit: atq̄ processu temporis humorem depascitur: ut iam monstratum est: unde non solum caput & oculi resiccantur: sed & uersa corporis habitudo. Curæ uero cerebrum exercent, ac modo ante declarato exiccant, non continuo tamen decolorem ac tumidam faciem reddunt, reliquaq̄ uigiliarū accidentia inducunt: quando

Vigiliarū  
accidētia:  
Vigilię cru  
ditatē pa  
riunt.

Curarum  
accidētia

Gal.

D

Distigly  
 Cautitas  
 oculorū,

Furoris ac  
 cidentia,

præcipua horum causa ad cruditatem referenda est, ad vigilias vero cruditas. Quod autem ex mœstitia & curis crudum relinquitur (nam & cruditate hæ pariunt) somnus concoquit: alioqui enim qualia vigilie accidentia inferrent. Cautitas oculorum, commune accidens est mœroris, cogitationis, & uigiliarum: quoniam hæc oculorum substantiam resoluunt, ut ostensum est. Hanc uero cautitatem per uigilias, tumor partium oculos ambientium manifestior reddit. Sed in furore, neque oculorum cautitas adest, neque faciei decoloratio: sed magis oculi prominere uidentur: scilicet dilatatis illuc spiritibus ipsos distendentibus. Nam cum oculi instrumenta sint, quibus persequi hostem uelimus, ut modo dicebamus, ad eos spiritus feruntur: unde distenti minus confidunt oculi, sed potius prominent. Hac ratione facies non decoloratur, sed rubet: ut in quam spiritus, & humor confluat: cum quibus & calor e corpore foras emergens non solum illuc, sed ad totam corporis cutem fertur: unde pulsus magnitudo perseuerat. In uigilijs uero, mœstitia, & cogitatione deperit elanguescente uirtute, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν κίνησις δὴ λη. Leoniceus oculorum motus ligat uertit: que sequuti fuisset, nisi Galenus lib. 12. de Crisibus, diariæ ex uigilijs notas exprimens, eadem uerba referret, sed multitudinis numero, ad hunc modum, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν κίνησις δὴ λη. Cum enim paulo ante cura affectos à mœstis decoloratio distinxerit, nunc eadem nota eos, qui ex uigilijs febrem contraxerunt, à mœrore cōfectis separat: oculorum ite motu, ac humiditate,

Nam qui peruigilarunt, tumens ac decolorem faciem habent: mœsti uero cum decoloratione maciem. Præterea & manifesto oculorū motu, distinguitur. in illis enim humiditate degrauiatæ palpebræ uix attolluntur: in his uero, cum humide non sint, haud ægre mouentur.

T E X.

Quibus autem lassitudo febrē intulit, aridior quàm in alia quacumque diaria, cutis redditur. Quod omnium quidem ex lassitudine febricitantium ad accessionis usque uigorem, est commune: a quo tempore plurimis qui quidem immoderate non laborarint, humor aut vapor calidus ex intimo corpore erumpit. Quibusdam uero post uigorem, siccitas perseuerat: præcipueque labore uexatis supra modum, aut refrigeratis, aut exustis, una cum defatigatione. Nec etiam modo eodem habet pulsus in utrisque. Siquidem immodice fatigati paruos, alij uero magnos obtinent.

C O M M E N T.

Diximus febrem ex lassitudine fieri, calfactis uehementi exercitatione musculis, ueruis, copulis, et articulis: deinde distributo cordi calore. Quod autem sicciorem immodica exercitatio cutim reddat, hoc ideo fit, quod ea corpus exiccat, eiusque humiditatem exhaurit, eo quidem magis, quo immoderatio extiterit. proinde mediocriter fatigatis, solum ad accessionis usque uigorem siccitas durat: sed statim ab hoc tempore humor, aut vapor calidus, ex alio corpore ad cutem erumpit. Idcirco

Febris ex  
 lassitudine

D ij

omnibus accidit, nisi qui, vt ante est dictum, immodice laborarint. vehemētius enim exercitatis, etiā post febris vigorem perseverat siccitas: nimirū resolutio vapore, & humore, tū motus vehementia, tum corporis habitu calidiore, horum reliquias in haliū soluentes: quod modice exercitatis nō cōtingit: Ceterū, si cum labore solem aut frigus sunt: experti, cutis quoq; arida per totā accessionē manet. Nā his frigus sudorem prohibet, illis calor, tum ex sole, tū immodico labore contractus, sudoris materiā dissipat. Eadē ratione, & qui magnis obstructionibus laborant, minus in febrīū declinationibus sudāt. Pulsus quoq; in his dissimiles sunt. Supra modū enim exercitati paruos habent ob viriū imbecillitatē: & ob vrgentem necessitatem celeres: qui autem modicos labores subierunt, & quibus nōdum vires collapsę sunt, efflagitante scilicet vsu magnos obtinent.

## T E X.

Febres vero, quę ex cutis densitate nascuntur (hęc autem densatur, aut frigore, aut qualitate assatim stringente: velur in eo, qui se aluminosa lauerit aqua) omnīū solę astricta sunt affectio. Has vero tactu deprehendere licet: quemadmodum & squalidas, & quę ex lassitudine, & solis ardore, cōtrahuntur. Neq; enim earum densitas, exercitātū tactum fallere potest. Cæterum caloris motus expromitur: quē quidem primo occursumitem, deinde acriorē, si diutius tangendo immoretur, manus sentiet, vrinę tamen

rufę non apparent: neque corporis moles concidit: proinde neq; oculi caui sunt, neq; aridi: verum in quibusdam humidiores, ac prominentiores, quam pro naturali constitutione, visuntur. Sed nec pulsus, vt in mœrore, cura, vigilijs, aut immodicis exercitationibus minores sunt.

## C O M M E N T.

Cutis densitas est, q̄ per totū meatus exiguos obtinet. densitas autē aut frigore fit, aut qualitate assatim astringente: qualis in aluminosa aqua est: vbi autē assatim dixi, vertit Leonicensus, præter cōsuetudinem. Nam legisse videtur, ἢ ποιόπιτος σφυγνῆς ἀήδους, quo modo & in quodā exēplari græco manu scripto cōperimus: in Aldino verō habet, ἢ ποιόπιτος σφυγνῆς ἀδρῶς, quod nos sequuti sumus. Ex hac densitate enata febres omnīū solę astrictę affectionis nomē merent: & si dēfari alijs modis cutis potest, nepe duris frictionibus, & laboribus vehemētibus, calore solis, & aliarū rerū. propositi enim duo modi, pprie astringunt: alij vero potius siccāt, durant & cōtrahunt, corij modo igni admoti. Has autē febres tactu discernere licet: in his enim cutis durior, ac cōpactior sentit. Nā quod stricctū est, durum ac cōpactū apparet: quod vero laxū, molle. Et calor primo quidem contactu suavis, deinde si diutius admotam manū contineas, acer apparebit. Nā per astrictę cutis exiguos meatus halitus paucus exhalat, qui foras calorem ferat, proinde mitis sentitur: spatio autē temporis impositā manum magis ac magis

Cutis densitas quid & vnde.

calfacit, ita vt tandē hanc mordeat sensum auctus  
in manu calor. Rufæ tamen vrinæ non apparent,  
idest. οὐ μὴν οὐδὲ τὰ κύρα πυρρὰ. Quid autem  
πυρρὸν idest rufum vocet, in primo ipse de Cris-  
ibus docet ad hūc modum, ἐγγυτάτω τὴν φύσιν  
ἐστὶν τὸ πυρρὸν χρώμα τῷ ξανθῷ: διαφέρει δὲ ἀλ-  
λῆλων τῶ, τὸ μὲν λευκότερον ἔσθαι, τὸ δὲ συλπνω-  
τερον, καὶ γὰρ οὐν καὶ ἡ πικρὰ χολὴ ποτὲ μὲν πυρ-  
ρὰ φαίνεται μάλλον, ποτὲ δὲ ξανθὴ, πολλάκις  
δ' ἄνθρωποι καὶ ὠχρὰ δόξοιεν ἔσθαι, λευκότερα μὲν καὶ  
θολώδεστερα γινόμενα πυρρὰ, σιλβουσα δὲ καὶ κα-  
θαρωτέρα ξανθὴ. τὸ γὰρ οἶον πυρρῶδες ἐλλάμπον  
αὐτῇ ξανθότερον ἀπεργάζεται. ὅσον δ' ἐστὶ τὸ πυρ-  
ρὸν τοῦ ξανθοῦ λευκότερον, τοσοῦτον ἐκένου τὸ  
ὠχρὸν ὅσον δ' αὖ πάλιν ἤττον λευκὸν ἐστὶν τὸ ξανθὸν  
τοῦ πυρρῶ, τοσοῦτον τοῦ ξανθοῦ, τὸ ἐρυθρόν. ὁθεν  
καὶ ἡ τοῦ αἵματος χροὰ ποτὲ μὲν ξανδοτέρα, ποτὲ  
δὲ ἐρυθροτέρα φαίνεται. διὰ καὶ τοῦτο ποτὲ μὲν  
ἐρυθρὸν ὀνομάζουσι, ποτὲ δὲ ξανθόν. Ex quibus ver-

Rufus co-  
lor.  
Flauus co-  
lor.  
Pallidus  
color,

Naturalis  
vrinæ qua-  
lis,

Febris ex-  
cutis densi-  
tate,

bis cōstat, rufum colorē albiorem esse ac turbu-  
lentiorē, flauū vero puriorem ac splendidiorē, &  
in quo tanquā igneū quid dā resplēdat, & palli-  
dū rufo albiore: quo rufus liquet rufum mediū  
esse inter flauū & pallidū: flauū vero inter rubrū  
& rufum: sed ppter rerū cognationē nomina cō-  
fundūtur: ita vt rufum p flauo: & flauū pro rufo  
sæpe vsurpet. Naturalis itaq; vrina subrufa, sub-  
flauaq; est: utpote que ex concocto humore fiat,  
qui bilis momentum acceperit. Itaq; vbi copio-  
sior aut syncerior admista fuerit, rufior vel flau-  
ior vrina, pro bilis modo ac qualitate, reddūt. Cū  
igitur in febre ex cutis densitate, sanguis non fer-  
ueat, neq; gignat bilis, quæ vrinā coloratiorem

reddat, quæadmodum in febribus ex animi affe-  
ctibus, vti prius monstratum est, vrina neq; fla-  
uioꝝ neq; rufior multo apparebit, q̄ in sanitate: sa-  
nis enim alijs magis, alijs minus rufæ apparent.  
Siquidem biliosi natura, aut ij quibus biliosa re-  
cremēta male repurgantur, rufas emittūt: alij mi-  
nus rufas. Neq; corporis moles concidit: ppterea  
q̄ cutis densitas, vaporis ac humoris resolutionē  
impedit: vnde fit vt oculi neq; caui sint neq; ari-  
di, sed potius humidiores ac prominentiores: q̄  
pro naturali habitudine. Sed nec pulsus minores,  
non paruos simpliciter, sed minores dicit: vt sit  
sensus, pulsus in febribus ex cutis densitate non  
sunt minores quàm in sanitate: verū nisi obruta  
facultas sit, maiores: sc. licet vsu id efflagitante. Si  
quidē febrilis calor arteriā distēdi, excrementū fu-  
liginosum astrictione suppressum cōtrahi cogit:  
distentione enim aer externus intro attrahit, cō-  
strictione vero fuliginosum excrementū foras ex-  
pellit: hisq; modis febris refrigeratur. In mœrore  
autē, cura, vigilijs, ac imodicis exercitationibus,  
minores sunt pulsus, vt prius demonstrauimus.

## T E X.

In diarijs vero, quæ ex bubone cōtrahun-  
tur, pulsus sunt maximi, celeres, ac crebri,  
calorq; multus, & a vigore statim humor  
quidā ex alto corpore ad cutē fert calidus,  
sed tamē suauius. Eiusmodi enim febres om-  
niū minime acres, mordacesq; sunt: in his fa-  
cies omnino rubicunda, ac tumidiuscula,  
subalbidæq; vrinæ apparēt. Cōmunis autē

omnibus his est pulsus æqualitas. In harum enim paucis admodum inæqualitas in vno arteriæ percussu cõspicitur: sed nec ipsa quidem omnino euident, neq; manifesta. Hactenus de diariarum notis.

## COMMENT.

Enbo quid  
& vnde.

Bubones vocat, inquit Galenus, gládulas, q̄ in inguinibus, alis, collo, & secus aures intumescunt: que si in scirrhu aliquo duruerint, strumæ dicunt. Fiunt autem bubones, vt iam diximus, vel ab euidente causa velut vlcerebus, q̄ in pede, manu, digitis, alia vicina parte, ppe aliquam magnam vel venam, vel arteriam nascunt: ite ab icctu, casu, & similibus: vel a causa caeca: quales sunt viscerum inflammationes, abscessus, humoris uel plenitudo vel malignitas: sepe etiam ex pestilente materia: atq; hi bubones periculosos morbos nuntiant. Qui igitur ex manifesta causa ortu habet, diarias gignit omni periculo vacantes: quas comitant pulsus magnitudo, celeritas, ac frequentia: calor tum abundantia, tum suauitas, sudor mitis, faciei rubor ac tumor, albicantes vrines, & pulsus æqualitas. Pulsus inquit, maximi sunt: quæ vrget necessitas, id est febrilis calor, necessitatisq; more gerit facultas. Hac ratione celeres sunt, & frequentes ob solam necessitatem. Quod autem inæquales non sint, ne in vno quidem arteriæ motu: ideo fit, qd mouendi instrumentum impeditum non est, neq; obstructio, neque humorum vel vaporum acrium abundantia, neq; compressio nisi sit admodum ingens inflammatio. Quod si inæqualitas in vno arteriæ occursum sit, ea adeo obscura

Febris diariæ ex bubone accidentia.

est, ut uix tactu percipi possit. Caloris abundantia, ac suauitatis cause, prius cum de febre ex iracundia disputarem, prodite sunt. Sudor blandus a materia benigna fit. Nihil enim acrimoniae habent eiusmodi febres, cum solus bubonis calor, non etiam fumus putris ad cor permeet. Caloris porro abundantiam sequitur faciei tum rubor tum tumor. Et urinam albicant, quia materia quæ urinas coloratiores reddere debebat, ad bubonem translata est: & quia calor suauitas sanguinem ultra modum non calefecit, unde nec bilem, quæ urinam calorem addit, generauit.

Sudor blandus vnde.

## TEX.

Omnes quidem balneo curandæ sunt. Quod si ex cutis densitate, aut bubonibus febricitantes in balneo aere immorari iusseris, haudquam ledes. Reliqui vero omnes ab aere abducendi quacitissime sunt. At in aqua diutissime versari, si uelint, permittendum. Cæterum amplius fricandi cum oleo sunt tepere, ac largo, mollibus manibus, maxime qui ex fatigatione: post hos qui ex astricta cute, deinde vero qui ex bubone febricitant. Hi autem quæ fieri possit creberrime lauandi sunt, cibandi vero sæpe qui ex lassitudine laborant: sed non qui ex cutis astrictione, aut bubone horum autem utriusque tenuem efflagitant victum. Fatigatis vero ea comesse, quæ probe conficiant, imperare oportet, euitata sola cruditate. Quinetiam vini tantum bibere, quantum concoquere possint. Horum autem

modum vti & aliorū omnium, ex viribus, ætate, natura, tēperie, & cōsuetudine egrotantis, anni tēpore, regione, & id genus alijs metiri cōuenit. A vino vero, qui ex bubone febrem conceperunt donec is solutus sit, arcēdi sunt, At astricti, vel refrigerati, si quidem affectus lenis sit, ac humorū plenitudo minime adsit, prohiberi a vino nō debent. Quod si vehemētius refrigerati sint, aut humorum plenitudine laborent, vini abstinentia confert. Qui vero ex vigilijs, aut aliquo animi affectu, in febrem inciderūt, ubi se lauerint, humido & boni succi victu reficiēdi sunt. Vinum aut maxime quidem omnibus ijs, qui peruigilarint, intrepide dandum est: præter q̄ quibus caput dolore afficitur, aut tempora pulsant. Quod & in omnibus alijs obseruandum est. Sed & ira, tristitia, & cura affectis vinum adhibēdum est, excandescētia vero febricitantibus nō anteq̄ ab eo affectu oīno conquieuerint. Nam prius vino vti tuto nō possunt. Perpetuo autem infestanti causæ contraria opponenda sunt remedia: labori quidem quies: vigilijs somnus: iræ, tristitiæ, & excandescētiæ, sermones, actiones, spectacula, & rerum narrationes, quæ animo voluptatem afferant. Sic & qui cogitatione laborat: ab hac omnino cesset. Et qui ex bubone febrem cōtraxit, hunc ipsum curet: atque in primis

vlcus, ex quo ortū bubo habuit: hæc quidem de diariarum tum signis, tum remedijs abunde dicta sint.

## COMMENT.

Ostenfum prius est uniuersalem medēdi rationem cōstare ex qualitate quantitateq; remedij cuiuscq; utendi modo, & occasione: qualitateq; potissimū ab affectu prescribi, qui perpetuo contrarium estlagitat. Omnis enim excessus, per contrarium excessum sanat. Cum igitur febris: intemperantia calida sit, per id quod refrigerat, curat. Sub affectus nomine intelligo, & causas hunc efficiētes, & diatheses seu affectus. Itaq; si febris est, & causa eius desijt, solū febrī intendimus. Sin utraq; adsit, hoc est febris, & quæ hanc effecit causa: hæc quidem summouēda est, & illa extingueda. Quod si affectus quosdam febris, aut eius causa peperrit, nec ipsi negligendi sunt: ut mox dicetur. Ex diarijs igit̄ cum alia coniunctam secū habeat causam: alia sine hac sit: ea cuius causa iam desijt, solum refrigerari, ac humectari desiderat: qualis est: quā ira peperrit. Sed quæ coniunctam habet causam: cuiusmodi est ex bubone, obstructione, & densitate cutis, huic primū succurrendum est, deinde febrī. Quod si affectus quosdam reliquerint, uerbi gratia, labor substantiæ corporis dissipatione & siccitatem, his quoq; prouidendum est. Quo fit, ut diariæ febres partim eandem, partim diuersam curandi rationem habeant. Omnes quidem, inquit Galenus, in primæ accessionis inclinatione, in balneū ducēdi sunt: tum pinguiser fricandi, & uictu boni succi reficiendi. Cur autē

Nō in oī  
bus diarjjs  
eodem mō  
nec eisdē  
balnei par  
tibus, nec  
eadem vi  
ctū, ratiōe  
vrendum,

omnes lauari debeant, prius diximus. Non omnes  
tamen eodem modo, nec eisdem balnei partibus  
uti debent: nec eadem uictus ratione. Nam qui ex  
cutis densitate, aut bubonibus febrem contraxe  
runt, utiliter in balnei aere immoranē: tum quod  
cutem rarefaciat, tum uaporē è corpore foras eli  
ciat: nec aegrotos siccitate lædit, quēadmodum  
eos qbus ex fatigatione, uigilijs, animi affectibus,  
& ingentibus curis febris accessit. Nam cum iam  
ab ijs causis resiccatum corpus sit, ab aere balnei  
arcendi sunt, ne noxam augeant. Igitur in calente  
aqua diutius versari possunt, ut amissam humi  
ditatem eius madore resarciant: postea vero in  
largo, ac tepente oleo, mollibus manibus fricari  
debent. Hæc enim frictio humectat, laxat, solidas  
partes emollit: & quę in corporis meatibus deti  
nentur, in vapores digerit. Quę cum omnibus  
diarjjs sit cōmunis, maxime ijs, quę ex lassitudine  
ortum habent, utilis est: propterea q̄ non solum  
partes solidas labore resiccatas ac induratas, sed  
& totum corpus pariter affectum humectat ac  
emollit: & quod detentum in meatibus est, di  
scutit. Porro autem qui ex fatigatione febrē con  
ceperunt, cibi & uini tantum permittitur quan  
tum concoquere possint, semper enim vitanda  
cruditas est. Labore enim dissipata corporis sub  
stantia, vberiore victu, & concoctu facili repa  
randa est. Modum autem cibi sumendi metimur  
uiribus, ætate, naturali temperie, & cōsuetudine  
ægroꝝantis: præterea anni tempore, regione, &  
alijs id genus. Nam validæ vires plus imbecillæ  
minus concoquere possunt: & qui crescunt (quin

Modus ci  
bādi vnde  
sumatur,

plurimum habent calidi innati) vberiore alimē  
to egent. Eadem ratione, quia hyeme vētres sunt  
calidiores, ideo per id tempus copiosius alimen  
tum dandum est. Consuetudo quoq̄, natiua tem  
peries, regio, & id genus alia, maiorem minorēue  
modum requirunt. Tenuiter vero alendi sunt qui  
ex cutis densitate, & bubone laborant: vt in qui  
bus substantia corporis deperdita non sit. In fe  
bre autem ex bubone, non antea vinum dandum  
est, quā is resolutus sit: non tam quod febris sit  
inutile, quā quod bubonis curationem remo  
retur. Auet enim humorum in affectum locum  
deffluxum, proinde & inflammationem: qua ra  
tione & febrem. Sed nec astricti, nec refrigerati  
nisi plenitudine laborent, aut vehementer cutis  
astricta sit, vino abstinere debent. Nam si leuis  
affectus est, & nulla adsit plenitudo, nullam affe  
ret noxam assuetis, si modice bibatur, immō cor  
pus astrictum referat, & refrigeratum calfacit.  
Quos vero uigiliæ, aut animi curæ exercuerunt,  
lauare primum oportet: deinde humido, & boni  
succu uictu resicere: ut à siccitate, quæ ab ijs inui  
ijs illata est, uindicerentur. præterea & vires re  
creent. Maxime vero ijs, qui peruigilarint, uinū  
dandum est, quibus scilicet magna uis spirituum  
exhausta sit: quos uinum facillime, ac celerrimē  
reparat. Quibus tamen caput doler, aut tempora  
pulsant, siue ij uigilarint, siue alia quauis occasio  
ne affecti sint, à uino temperare debent, ut quod  
facile ad caput feratur: secumq̄ humores rapiat:  
unde eiusmodi affectus augētur. Eodem iure ira,  
mœrore, & cura afflictis, id ministrari debet.

Vinū qui  
bus adū.

Causis in-  
festantibus  
contraria  
opponenda  
remedia,

Sed exandescencia febricitantibus ac furore: omnes denegari: ut in quibus maxime spiritus, & sanguis efferueant. In summa autem infestanti causis contraria remedia opponenda sunt: uerbi gratia, labori quies: somnus uigilijs: ira, tristitia & exandescencia, confabulationes, historiae, spectacula, rerum narrationes: quae uoluptatem animo afferant, eiusque mores componant: timori, quae securitatem: cogitationibus, remissio, ac ab ijs cessatio: exustioni, refrigeratio: (refrigeratur autem, si syncipiti rosaceum, aut omphacina oleum infundatur: his quoque prodest uictus ratio, quae refrigeret, & humectet) refrigerationi, quae calfaciant, ut oleum calidum eodem modo administratum. Item cibus calidus, & boni succi. Et quibus bubo hoc malum peperit, in primis ulcus, quod hunc attulit, curandum est, deinde bubo: qua autem ratione id fiat ex libris Methodi medendi Galeni perendum est: obstruccioni, detersio: cuius abigendae rationem, quoniam haec & febres putridas committit, cum de ipsis differemus, docebimus. Haec igitur nunc abunde dicta sint.

## T E X .

Aliae vero febres, aut ex inflammatione, aut humoribus accenduntur. Et quae ex inflammatione ortum habent, inflammatarum partium uelut accidentia quaedam sunt, morbusque ab affecta parte denominationem ferre accipit. ut phrenitis, peripneumonia, pleuritis, & alij id genus: de quibus postea differemus. Quae uero ex humoribus accen-

duntur, & eo ipso nomine febres uocantur, & sunt: non autem morborum accidentia, sed ipsae morbi: quarum aliae accidentibus carent: mansuetissimaeque sunt: aliae uero una cum accidentibus negotium exhibent. De prioribus quidem, quae accidentibus carent, nostra erit disputatio: in quibus maxime, si fieri possit, primo statim die febris qualis nunc sit cognoscenda est, diuturnane an acuta, intermittens an continens. Quod si die primo id assequi non possis, secundo saltim eius speciem inuenire tentabis. ac si nec eo quidem die certi quicquam habueris, tertius certe omnino tibi manifestius quidpiam afferet. Nam paucae admodum febres ad exactam sui cognitionem, quartum diem desiderant. Quibus uero notis febris species deprehendi possit, quae breuissime fieri poterit tibi explicabo. Nam de his omnibus alibi fusius atque manifestius disputatum est.

## C O M M E N T .

Putredo fit, cum totius putrescentis corporis substantia, a calido externo ad corruptionem permutatur. Permutat autem alienus calor maxime corpora, quae calida sunt, & humida: haec quidem quod facile caliditas natua humidum cum sicco continere non potest (omnia enim resolutis his elementis putrescunt) ista uero quae prompte a suo simili afficiantur. Externum calorem non solum ambiens nos aeris, sed & eum qui in corpore saepenumero praeter naturam accenditur, intelligo,

Putredo  
quomodo  
fiat.

Externum  
calorem quae  
uocet.

Natiuus ca-  
lor quomo-  
do seruet.

rei cui inest alienum, ac incommodum: natiuum vero qui rem, cui inest, tuetur. Seruatur autem hic in animatis corpore, per respirationem quidem, in corde: in reliquo corpore per cordis communicationem, & cutis transpirationem. Siquidem inspiratione, & arteriarum distentione, atrahitur aer, quo refrigeratur: expiratione vero, arteriarum contractione, calida fumosaque recrementa expelluntur: alioquin natiuum calorem dissipatura, & alienum adlatura. Itaque impedita respiratioe, & perspiratione accenditur in corde, & in toto corpore calor, vnde & putredo nascitur: que est velut natiuæ caliditatis consumptio, vt Aristoteles docet: recteque eius causam esse idem author ait, natiuam frigiditatem humido coniunctam: hoc est caloris natiui defectum, ac consumptionem, quod enim putrescit, propriæ caliditatis indigentiam sustinet, ac defectum: vt idem scribit. Vbi enim calor rei, cui inest, magnitudine non respondet, hanc corrumpi, ac putrescere necesse est: contra, viuere, sanum esse, ac incolumen, & robore valere, in qua re naturalis caliditas pollet, vt author est Galenus: solus enim is reliqua elementa vincit, miscet, & mista conseruat: qui si pereat rem in ea, ex quibus constat, resolui necesse est, quod nihil aliud est, quam putrescere, si quidem violenta corruptio non sit. Ex quo liquet eundem esse apud medicos & philosophos putrefactionis modum. Sed quæ putrescunt, vt varia inter se sunt, sic eorum putredines diuersæ: semper tamen in omnibus idem putrescendi modus: sed non omnem putredinem, eadem accidentia sequuntur.

Putredo  
qd, & eius  
ca, ex Ari-  
stotelis sen-  
tentia,

Putrefa-  
ctionis idē  
modus a-  
pud medi-  
cos et philo-  
sophos.

Sanguinis

Sanguinis enim & aliarum corporis partium humidarum & calidarum putredinis, grauis odor comes est: ossium vero, aliarumque partium siccarum & frigidarum, nequaquam. Ad eundem modum, lignum, lapidem, ferrum, putrescentia, nullus: caudera vero similesque res, presertim calidas & humidas, grauis odor comitatur, omnia tamen, vt dixi, eodem modo putrescunt: nempe dissipando natiuo calore, quocirca male nonnulli foetore medicam putredinem a philosophorum putredine distinguunt: eadem enim utraque est. Itaque in animatis corpore primum humores, deinde adipos, tandem caro, & reliquæ partes solidæ putrescunt: humores quidem, vel in vasis, vel extra vasa, atque hic interdum in parte inflammatione obsessa, pariuntque febrem: quæ quia velut inflammationis accessio est, symptoma, non febrem proprie dicimus. Neque vero inflammatio hanc accendit, nisi magna sit, & cum corde vel vicinitate, vel consensu per arterias putrem fumum communicare possit: velut pleuritis, phrenitis, peripneumonia, & iecoris inflammatio: interdum in genere carnosio, hoc est, in meatibus & venulis, per totam carnem dispersis, cum ibi solita corporis recrementa, ob cutis astrictione detinentur, putrescunt enim quia non dissipantur: pariuntque febrem intermittentem. Nam resoluta in prima accessione putri humore, remanet velut focus quidam: in quo vel postero, vel alio deinceps die sequente, rursus putrescit humor: qui partim relictus ex priore accessione erat, partim ex maioribus vasis in minora confluerat: scilicet ob cutis stipationem detentus: fitque noua accessio, se-

do modo  
scilicet  
non obtem

Putrescen-  
tium in ani-  
matis cor-  
pore par-  
tium ordo.

Febris in-  
termittens  
quomodo  
fiat.

Gal.

B

Febris cō-  
tinua quo-  
modo fiat,

Febris cur  
cognosce-  
nda,

rius aut citius, pro humoris conditione: vt mox dicemus. In vasis vero, aut æqualiter omnibus, vel in magnis, cuiusmodi sunt iecoris, vëtris, pulmōnis, & quæ inter alas & inguina existunt, cōtinuā febrem accendunt. Atq; hæc duo postiora febris genera, reuera & sunt, & vocantur febres: quarū aliæ solæ existunt, accidentibusq; carent, proindeq; sunt māsuete. Alijs uero aliā mala accidunt, quæ aut virtutē ledunt, aut affectionē augēt: vt vigiliæ, dolor, imodica vacuatio, & id genus alia, de quibus alio loco dicitur. Prius vero de ijs sermo habebitur, quæ symptomatis carēt. In his aut cognoscēda est febris qualifnā sit, diuturnane an acuta, intermittēs an cōtinens: idq; vel primo die, vel secūdo, vel ad summū tertio. Cur ita: Vt ratio victus probe instituat: alia enim acutis, alia diuturnis morbis debetur: quæadmodum intermittētib; alia, alia continuis, ut in sequentibus docebitur. Quomodo autem hæc febrū differētiæ cognosci possint, tum ex ijs quæ declarata iam sunt, tum ex ijs quæ mox dicentur, palam fiet.

## T E X.

Quæ igitur cum rigore inuadunt, non ab re ex earum numero esse, quæ circuitu quodam repetūt, duxeris. Tertianæ enim atque quartanæ, omnino cū rigore laceffunt. Sed tertianæ sæpe cum vehemēti rigore, primo statim impetu incipiunt. Quartanam vero, nunquā cum vehemēti rigore incipere vidimus: sed temporis progressu rigori vehementiam accedere. Adde, q̄ plerunque

ab initio statim hæc febris non ingruit, sed alijs antegressis, nimirum erraticis & vagis, quas Græci πλάηται vocant, febribus succedit. Vix autem citra oris ventriculi iniuriam sit quotidiana: quæadmodum nec sine lienis vitio quartana: nec tertiana absq; iecoris offensione. Quinetiam, si a vehemēti rigore febris initium cepit, tertianam magis, q̄ aliquam aliā esse iure fatebris. Quæ si & alia, quæ deinceps dicentur, consentiāt: hanc quidem statim primo die tertianā esse certo scies. Sin cum leui rigore inceperit, tum aliæ notæ potius considerandæ sunt: cū non quotidiana solum, aut quartana, sed & semitertiana, aut aliā ex continuarum genere aliqua esse possit. Alia vero indicia ex caloris tum qualitate, tum quantitate, arteriarumq; motu, & ex rigoris sensus specie, anni tempore, regione, aeris conditione, ægrotantis natura, ac ætate, atque ex ijs quæ præcesserūt ac sequuntur, petenda sunt. Nā calor quidem multus, acrisq; esse debet: pulsus vero magni & calidi, vehemētes, celes ac frequentes, omnis inæqualitatis præterquā febrilis, expertes. Rigor vero, velut cum corpus ab aliquo acuto magis q̄ frigidō pungitur: cum in quartanis & quotidianis frigidus rigor sentiatur. Anni vero tempus æstiuū sit, quæadmodū & regio calida,

& præfens aeris cōditio: laborātis quoq; natura calidior ac biliosior fit, ætas adoleſcentia, præceſſeritq; exercitatio magis q̄ ocium, ætus q̄ refrigeratio, victus parcus q̄ largus. Vigiliæ quoque & mœrores, & laſſitudines, pertinacesq; curæ, ad id magnum habent momentum. Q; si eo tempore multos tertianis corripit contigerit, maximum eius febris, vna cum iā declaratis argumentum erit. Hæc autem omnia si adſuerint, aut eorum maxima & accōmodatissima, vehemensq; sitis, vomitus item biliosus, vel sudor, vel vtrunque superueniat, iam tum febris perspicue apparebit. Q; si post hæc a febre conſueuerit æger, hac inquā febre quæ ex suo motu omnibus est cognita, relinquatur vero propria februm in arteriarū motu inæqualitas: æque pro certo hanc esse tertianam pronuntiare possis, ac si tertio iam die accessiōnem videas rediisse.

## COMMENT.

Succi alij  
alias gene-  
rāt febres,

Intermittentes febres succi in carnoso genere putrescētes, alij alias generant, dispari intervallo redeūtes. Bilis quidem flaua parit tertianā, id est quæ tertio quoq; die repetit. Pituita quotidianā, hoc est quotidie redeuntē: Et atra bilis quartanā, quæ quarto quoq; die renouat accessiōnem. Natura enim serius vel tempestiuus, mitius vel vehentius, pro qualitatis quātitatisq; humoris lacessentis conditione, mouetur: hæc enim lacessitur, hu-

moris aut quantitate degraunte, aut acrimonia mōrdēte: quā putrescendo contrahit. Cum igitur alius humor alio facilius putrescat, vberiorque eius in corpore modus sit, sit vt accessiones aliæ frequētius, aliæ tardius redeāt. Bilis enī atra, quoniam frigida est & sicca, proinde putredini minus obnoxia, eaq; pauca solū quarto quoq; die natura mouet. Pituita quia putredinis causam vnā habet, nēpe humiditatē, & multa est, quotidie: quæ admodū flaua bilis caliditatem, sed quia paucior q̄ pituita est, tantū alternis diebus. Diximus enim calida & humida, obnoxia esse putredini: sicca vero & frigida, huic reluctari: sic & rigor alius alias febres antecedit: tertianā quidē vehemens, qui proprie rigor dicitur: quartanā horror: quotidianā vero solum frigus. Est autem rigor, vt Galenus finit, motus multus, id est numerosas habes motiones: citus, id est cū impetu: & densus, id est breue habens quietis tempus. horror hæc quidem omnia habet, sed remissiora: frigus vero sine vllō motu in cute sentitur. Itaq; in rigore totū corpus ad modum declaratum cōcutitur, scilicet luctante cum humore virtute: in horrore cutis, & musculi cum quadā laſsitudine, pigritia, & mouēdi difficultate: in frigore nulla cōcussio, sed tantum, vt dixi, cutis inalgescit, rigore afferūt sensus prestantia, materia virtutē prætans, & motionis vehementia. Prætans enim sensus facile noxam sentit: proinde virtus facile irritatur, ac cogitur ad materię excretionē. Si igitur virtus valida sit, vehementer quātum ex ipsa est, materiam impellit: quæ si ad motū pigra non sit, suaq; caliditate &

Accessio  
nū diuersitas  
causa.

Rigor qd.

Horror.  
Frigus.

acrimonia partes, per quas defertur, mordeat: rigorem (id est motum ac concussionem totius corporis) multum, densum, & citum procreat. Si vero eiusmodi cause remissae sint, id est sensus hebetior sit, materia minus calida, minusque acris, & ad motum pigrior, virtusque minus robusta, horrorem, id est cutis, & musculorum concussionem pariet. Sed si obtusus sensus sit, materia viscosa, et tarda, virtusque imbecilla, neque horrorem neque rigorem gignit: sed tantum frigus. Quod qua ratione fiat, deinceps dicemus. Febrem igitur tertianam exquisitam antecedit rigor: quia caliditas exactior reddi sensum, quemadmodum contra, frigus consopit. Deinde humor vehementer mordet, ut pote biliosus & acer, & virtus robusta est ob siccitatem, & duritiam mediocrem. Quotidianam vero nec horror, nec rigor antecedit, sed solum frigus: quia humoris frigiditate sensus obtunditur: humore robur fatiscit: & materia, utpote viscosa, nec mordet, nec facile mouetur. Quartanas vero & spurias, tum tertianas, tum quotidianas quibus bilis admista sit, & semiterianas anteit horror, media scilicet naturam sortitus inter frigus & rigorem: quod & eius causa neque ut in tertiana valida sint, neque ut in quotidiana languida: sed in harum medio constituta. Caeterum quartanae febres vagis febribus fere succedunt. Nam diuturnitate corporis habitum resiccant, ac humores adurunt: propterea in quibusdam exemplaribus additum in dictione est *διὰ φλέγματος*: hoc est, propter pituitam. Phlegma enim (ut ipsa vox indicat) non aqueam, fetosamque humiditatem, sed siccam ac retorridam

Quartanae febres vagis fere succedunt,

crassamque pituitam significat. Inarescit enim ac crassescit haec febrium longitudine, quales erraticae vagaeque sunt. Vagas ac erraticas vocat Galenus, quae in certo tempore, ac non eodem modo repetunt. Quod fit ob victus rationem, non rite institutam, aut quia varij in varijs corporis partibus humores putrescunt. Nam hos humores partes quaedam citius, quaedam tardius accedunt: ex quibus alij ad putredinem proniores, alij minus proni sunt. Vix autem citra ventriculi affectum fit quotidiana, propter pituitam, qua abundate solet: & quartana sine lienis malo, ob atrae bilis copiam, & sine iecoris vitio tertiana, quae in eo viscere flava bilis cumuletur. Cum igitur a vehementi rigore febribus initium sumit, si & alia quae deinceps docentur, signa consentiant, primo statim die eam tertianam esse iudicare poteris. Sin cum leui rigore inceperit, qui & aliarum quoque febrium communis est, alia signa erunt animaduertenda. Leuis enim rigor interdum tertianas antecedit, cum scilicet virtus debilis, & sensus hebes est. Item quartanas semiterianas, & alias quasdam ex continuarum genere: praeterea & nothas tum tertianas, tum quotidianas, quibus scilicet admista bilis sit. Est enim semiteriana, ut Hippocrates finit, continua: horrida: continua quidem quotidiana, cui adiuncta tertiana interpellata sit. cum horrore alternis diebus repetens. Sed & aliae quaedam ex multis particularibus accessionibus febres praecedunt: ita ut prioris sine altera accessio cum horrore praueinat, vocanturque continuae, sed homonymae. Aliae quoque per multas continuas, & quae vnica finiuntur accessione, a leui rigore,

Vaga & erraticae febres.

Quotidianae febres.

Tertianae febres.

Quartanae febres.

vel frigore incipiunt, ob materiae vel inaequalitatem, vel malignitatem. Sunt & aliae febres, quas Hippocrates horribiles appellat, quae per totam fere earum accessionem corpus inhorrescat: idque vel reduplicato febris incremento, vel eo ipso citra reduplicacionem inaequaliter incremente. In quibus si longioribus interuallis horror remeat: reduplicatio & dicitur, & fit, maxime in semitertianis: in breuioribus, horribilis, inaequalisque motus dicitur, ut auctor est Galenus. Cum igitur leuis rigor tertiana febre antecedit, ad alias notas confugiendum est: nempe caloris qualitate, ac quantitate, arteriarum motum, aeris conditionem, aegrotantis naturam, ac aetatem, & alia quae affectum & praecesserunt & sequuntur. Calor quidem acer ac multus esse debet: si quidem bilis natura acris est, ac mordax, facileque ob tenuitatem soluitur in vapores, acrimoniam caloris ad cutem deferentes: unde fit ut non solum acer is, sed multus, sentiat. Pulsus magni, vehementes, celeres, frequentes, omnis inaequalitatis expertes, praeterquam febrilis. Exemplar Graecum typis excusum habet. τοὺς δὲ σφυγμοὺς μεγάλους, καὶ θερμούς, καὶ σφοδρούς. sed qua ratione pulsus θερμὸς, id est calidos vocet, non video: nisi micantis arteriae caliditatem indicare velit. Magnitudo igitur pulsus & celeritas, ad robur arteriae, urgentem necessitatem, & sequax instrumentum referuntur, frequentia ad necessitatem: & vehementia ad robur. Nam cum haec febres maxime omnium intermittenti refrigerari desideret, hoc melius per naturam assequi non potuit, quam pulsus magnitudine. Magna enim distinctio multum aeris ambientis haurit, & magna con-

Calor tertianae.

Pulsus tertianae, aliaque eius accidentia.

strictio plurimum recrementi fuliginosi expellit. Celeritas & frequentia, pari modo plurimum refrigerant. Vehementia instrumenti robur indicat: hinc fit ut nulla sit praeterquam in vna pulsatione inaequalitas, quae necessitate putridas febres conficitur, ut prius ostensum est. Rigor corpus velut res quaedam acuta, magis quam frigida ob bilis acrimoniam, in hac febre pungit: in quartana vero & quotidiana, sentitur frigidus, non pungens. Anni tempus aestiuum, & regio, praesensque aeris constitutio calida, tum inspirato & attracto per arterias aere calido, tum contractu corpus calfaciunt, proindeque bilem in corpore gignunt. Vbi haec ergo praecesserunt, licebit potius tertianam, quam aliam febrem iudicare. Laborantis natura, & aetas calidior, facit tertiana: exercitatio, aestus, paucus cibus, vigiliae, moerores, lassitudines, & vehementes curae vim habent augendae bilis: eam ob rem, si praecesserint, magnam tertianae coniecturam afferunt. Quod si eodem tempore in complures alios eiusmodi febres grassentur, certior erit nota. Quando grassari similes affectus, ubi praecesserint similes causae, solent: aut quae eodem victu omnes vbi fuerint, aut idem caelum passi. Sequuntur tertiana sitis, sudor, vomitus. Sitis fit aut solo caliditatis excessu, citra humoris consumptionem, ut in hydropse: aut solo humiditatis defectu, citra caloris incrementum, ut in hydrophobia: aut utroque, ut in febre ardente, & tertiana. In quibus cor primum incaluit, deinde sua vicinitate cum ore ventris & cum pulmone calore, & pulmo cum ventriculo, eiusque ore, ac tandem cum lingua communicat: unde ea ariditate

Sitis unde

sepe cōtrahit, ac asperitatē. Solet tñ plerunq; stomachus, & à bile ex corpore in ipsum refusa inclescere, sitiq; vrgeri, & biliosa per vomitū reijcere. Quòd si ad cutē bilis feratur, sudores mouet, sicut ad intestina, alui fluorem. Ad hæc si à febre cōquieuerit eger, hac inquam, que se oibus, ex suo motu prodat, relinquaturq; propria februm in arteriarum motu inæqualitas, ita pro certo hæc tertianā esse pronuntiare poteris, ac si tertio iā die accessio rediisset. Propriā inæqualitatē pulsus, vocat eam que in vna arteriæ pulsatione fit, de qua cū abunde supra disputatum sit, nihil nūc differendū est.

## T E X .

Quartana vero (nam & huius notas tibi cōmemorare oportet) euidentissimū quidē sui in dicitū præbet, initio, statim accessionis, quādo ipsi adhuc ægroti rigēt. Pulsus enim admodū raros, ac tardos obtinet: sed necessario dum ad vigorem peruenit, vel adhuc etiā increfcit, celeres ac crebros: seruatur tamen & tūc natiua eorū tarditas ac raritas, si celeritatē & frequentia adiectam accessioni cōsideres. Etenim si quartanæ vigorē cum tertianæ vigore cōpares, multo celerius ac frequentius in hac arteriæ tibi micare videntur: atq; vnius motus in quartana inæqualitas, eius speciē cōmostrat: quæ cū omnium communis sit, in hac tñ euidentissime deprehenditur: multo enim cōcitatius principium motus & finem, q̄ mediū inuenies.

Quod in tertianis non ita habet: in his enim celeritatis excessus, maximeq; i vigore, breuis est. Quinetiam caliditatis notis hæc febres distinguuntur. Tertianarū enim calorem & ardorem ac tanquam feruorem in quartanis haudquaquam reperies.

## C O M M E N T .

Quartana à bile fit atra, cuius originem posteriore cōmentario dicemus. Hæc febris, per initia deprehendi pōt, etiā dum laborantes rigent: rigorem nō vehementē illam totius corporis concussionem intelligit, sed horrore, & leuem rigorem, quæ quartanæ cum multis alijs febribus habent cōmunem: vt supra declaratū est. Per hunc igitur rigorem statim ab initio quartana cognosci pōt. Pulsus uero habet admodum raros ac tardos, nisi dū vel increfcit, vel in uigore est: necessario enim tunc efflagitate vsu, celeriores, ac crebriores sūt: sed ita, vt eorū natiua tarditas, ac raritas, semper maneat. Rari pulsus dicuntur, cū interpositis longis interuallis arteria pulsat: Tardi cum longo tempore paruum spatium percurrit. In omni enim locali motu, causa quedā agens certo tempore aliqd per spatium mouet, à meta ad metā contrariam: q̄ si reflectatur, quietē intercipi necesse est, vt docet Aristoteles: igitur in pulsu, agens causa virtus est que arteriā per spatium mouet, ab eius medio ad circumferentiā, dum distendit, & eandē reflectit à circumferentiā ad medium, interposita quiete dum contrahitur, idq; certo tempore: ex quibus oēs pulsus differentia sumunt, vt ex Galeni de Pulsuum

Quartanæ  
signa.

Rarus pul-  
sus.  
Tardus pul-  
sus.

notę a pul  
sibus,

differētijs opere discere licet. Cū igit̃ virtutem ur  
get necessitas, & spatium est liberū, arteriæq; cor  
pus, q̃ mouetur virtuti agenti paret, pulsus fieri  
magnum, celerē, ac frequentem necesse est. Cōtra  
vero accidit si usus nō vrget, spatium impeditū sit,  
relictetur virtuti arteria. Igitur initio quartanæ,  
pulsus admodum rari sunt, ac tardi: quod neque  
usus, celere refrigerū ac frequens desideret, neq;  
spatium oīno liberum sit, sed humorū vaporūq;  
copia prepeditū. Nam accessionis principio atra  
bilis ob frigiditatē nō facile acceditur: vnde nul  
la refrigerandi est necessitas, quæadmodum nec in  
quotidianis, ut mox docebit. Quum vero accen  
ditur, aut iam accensa est, hoc est dū increfcit aut  
iam viget febris, vt celeriter ac frequēter corpus  
refrigerari necessitas postulat, sic pulsus celeres ac  
crebros efficit, sed seruata genuina eorū tardita  
te ac raritate, rariōres enim ac tardiores sunt, q̃ in  
tertiana, quia necessitas minus vrget. Ceterū inæ  
qualitas, quę in vno pulsu sit, in quartana luculen  
tior q̃ alijs febribus apparet. Cum enim hæc, vti  
iam monstratū est, fiat vrgēte necessitate, & obse  
quēte facultate, sed motū interrumpēte vel remo  
rante materię copia, vel crassitudine, aut instru  
mēti affectu, hoc est obstructione vel cōstrictio  
ne vel cōpressionē, motus equalis esse nō potest,  
neq; in tertiana, neq; quartana. Cum. n. in vtraq;  
valeat, obsequaturq; facultas per totum morbū,  
principio quidē nō dum sentiēs onus, motū suum  
pro vrgente necessitate accelerat: In medio vero  
dum id sentit, ea vel oīno subsistit, & quasi respi  
rat, intercipitq; motum, vel nititur quidē, sed one

te pressa motum retardat, tandē vero ad finē ma  
gna cōtentione, eorum more qui residuū operis  
velut collectis viribus absolvere nituntur, ppe  
rat. Itaq; principio & sine celerior est, medio ve  
ro tardior pulsus. Sed hæc inequalitas in quarta  
nis q̃ tertianis apertius deprehēditur, non q̃ cele  
rius in illis q̃ his principū aut finis sit, sed q̃ ma  
ior celeritatis & tarditatis inter principū & me  
dium, interq; finē & medium in quartanis q̃ ter  
tianis differētia sit: adde q̃ in tertianis tota pulsa  
tio celerrima est, p̃inde breuissimo tēpore absol  
uitur: ergo eius principū, medium, et finis breuis  
simo tēpore fiēt: quæ aut̃ alia sunt, facile depre  
hendi nō possunt: facile vero, quę cōtra. Itaq; bre  
uem celeritatis excessum, id est breuissimo tēpo  
re durantē, nō paruum esse dixit, q̃n tertianarum  
pulsus oīum intermittētium celerrimi sunt, vt  
prius ostēsum est. Vt hæc melius intelligātur, sin  
gamus follem vtrāq; viam, nēpe accipiēdi & red  
dēdi spūs, angustam habere, sitq; spiritus is cras  
sior, p̃inde egrius tum atrahatur, tum emittatur.  
Vrgeat uero res, ut celeris fiat perflatio, & q̃ fol  
lem moderat̃, ita uiribus polleat, ut probe, quan  
tum ex se est, distēdere & cōprimere hunc possit.  
Cum igit̃ ex hypothesi urgeat necessitas, ut cele  
riter follis flatum accipiat, reddatq; impediāt au  
tem per viarum eius angustia (neq; enim per has  
tantum aeris, precipue crassi, atrahit, ac educi po  
test, quantum usus efflagitat) necessitati debita ce  
leritas impiedietur, etiā si uehementer cōtendat, q̃  
minus mouendi follis suscepit. mouebit. igit̃ tar  
dius q̃ res efflagitat, presertim in medio, ubi onus

Pulsus ter  
tiana: ora  
niuz inter  
mittētium  
celerrimi.  
Hypothesis  
de folle.

maxime sentitur: in principio autem, q̄ minus id grauet, celerius: in fine uero, uelut resumptis uiribus, maiore cōtentione ad opus ceptum pergēs motum accelerat: q̄ si manente reliqua hypothe si, uterque spiritus, tum qui intromittitur, tum q̄ redditur, aut paucus, aut tenuis sit, minore negotio distendetur, comprimeturq; follis. Ad eundem modum in arterijs sit: distenduntur enim, ac comprimuntur pro rei impellentis necessitate. Si quidem calor urgeat, & fuliginosi effluuij copia adsit, has distendi comprimiq; celeriter oportet: nisi quid impediatur. in febribus autem, de quibus nostra est disputatio, calor præter naturam urget, facultas quantum potest, obsequitur: sed motum tum humores deprauantes, aut alio quouis modo impediētes, nimirum uel ob crassitiē uel multitudinem liberum exitum non habētes, tum arteriæ affectus remorantur. Affectum hīc maxime intelligo obstructionem, quæ reddendi emittendiq; spiritus debitam necessitati celeritatem impedit. Præterea humores & uapores facultatem impediunt, quo minus ad actionem expedita sit: mirum itaque non est, si in ipsius motionis medio tardior pulsus sit, aut etiam interdum prorsus intercipiatur: siq; in quartanis tarditas maior, & inequalitas, quæ in una sit pulsatione, maior inueniatur. Rursus caliditatis notis, hæc febres distinguuntur. Feruet enim ac deurit in tertianis calor, q̄ bilis flaua præp̄te ignescit: in quartanis, q̄ atra bilis frigida siccaq; est, paulatimq; accenditur, ut testa uel lapis, paucumq; fumum emittit, minor calor sentitur.

Note caliditatis.

## TEX.

Hæc quidē maxima signa sunt: reliqua uero externa, neq; hæc sunt omittenda. Quin ægrotantis natura cōsideranda est, num ad atrā bilē magis declinet, & an tēpus anni autumnum sit, præsensq; aeris constitutio inæqualis. Sic uero, & loci, & morborū tū ingruentium natura inspicienda, & num lien intumuerit, febresq; inordinate præcesserint, & ætas vigorē excesserit, febriſq; in sudores deserit: in hac enim uomitibus expectandus nō est: quæadmodū neq; in quotidianis, cum id tertianarum proprium sit.

## COMMENT.

Signa uti iam dictum est, alia maxima, præcipuaq; alia minus præcipua. Illa rē certissime ostendunt, sumuntur autē à febris substantia: quæ est in genere caloris, cuius differētijs prius exposuimus: Ab actione læsa, ut est pulsus inequalitas, celeritas, tarditas, raritas: Ab excrementis, uelut urinis: & à qualitatibus, quæ necessario sequuntur. Alia signa minus præcipua, quæ affectū obscure expli cant, sumuntur tum ab ijs quæ in corpore sunt, ut ætate, tēperamento, habitudine, & qualitatibus tēperaturam cōsequentibus: tum ab ijs quæ forinsecus incidunt, ut victus rōne, cōsuetudine, uitæ instituto, exercitatiōe tum animi, tum corporis, uigilijs, anni tēpore, regione, & præſenti aeris cōſtitutione, morbis item popularibus, atq; hæc externa uocat Gale. Itaq; quartanæ præcipua signa sunt pulsus raritas, tarditas, & luculenta inæqualitas in vna pulsatione: calor nec copiosus, nec

Signa alia præcipua, alia minus præcipua. Signa præcipua uñ sumantur, Signa minus præcipua uñ sumantur.

Quartanæ signa præcipua.

Quartanę  
signa mi-  
n' p'cipua.

deurens, qualis in tertianis est, vt paulo ante mō-  
strauimus: vrinę varię quidē, sed tñ crudę, vt  
mox dicitur, hęc febrē testātur. Eius febris signa  
minus p'cipua, inclinās etas, quę atrā bilē plu-  
rimā gignit, temperatura melancholica, quę hęc  
abundat: quęadmodum & cōsuetudo, habitudo  
corporis extenuata, cutis nigra & hirta, naturam  
arguunt melancholicā: victus ratio parca & quę  
atram bilē gignere idonea sit: vitę genus, id est  
ars quā quisq; exercet, si magni sit laboris, & ca-  
lido siccoq; loco exerceatur, vt ferraria, atrā bi-  
lem gignit: quęadmodū labor ingens, & longus,  
& curę, mœrores, & vigilię diurnę, autum-  
nus, & aeris cōstitutio inæqualis, quę modo cali-  
da modo frigida sit cum siccitate. Hęc enim oīa  
atram bilē augēt. Quod si & quę vulgo grassan-  
tur febres, quartanę sint, magnā tibi si dem faciēt:  
quemadmodum & lien si intumuerit, magnam  
vim atrę bilis in corpore congestam esse testat.  
Febres quoq; inordinatę, id est, vt prius uocauit,  
vagę si p'cesserint, quartanā esse fatentur, vt q̄  
diurnitate humores adurant, vt supra dictū est.  
Hęc quoq; febris, si in sudores desierit, quartanę  
indiciū afferit: etsi tertianę quoq; sudor cōmu-  
nis sit, sed in hac copiosior, in illa parcior ppter  
materię paucitatē: quę nihil semiustū post acces-  
sionē relinqt, sed vacuat per sudores: quot in quo-  
tidianis minime sit pp materię viscositatē. Neq;  
vomitus biliosus in hac, quęadmodū nec in quo-  
tidianis, expectāndus est: cū sit tertianarū p'rium.  
Nā hęc a bile flaua sunt, q̄ ad stomachū sepe refun-  
ditur: quartana ab atra bile: quotidiana a pituita.

Tex.

TEX.

Quod si pacata febre eius signum adhuc  
permaneat, & pulsus naturali sit rarior ac  
tardior, palam est ipsam quartanam esse.

COMMENT.

Signa quę remanent sedata febre, quę hęc ad-  
fuisse testantur, sunt oris & sputi sapor vel aci-  
dus, vel insipidus, & gustu ingratus, pulsus inæ-  
qualitas. Tamen si eiusmodi febris puram exqui-  
sitamq; intermissionem habere videtur, vt Gale-  
nus auctor est lib. 2. de differentiis februm, eo q̄  
in ea omne id humoris melācholicī quod est exi-  
stum, euacuatur, atq; discutitur. Sed re uera pura  
non est: nam paulo ante dixit, in nulla febre p'æ-  
terquam diaria pulsus ad naturalem habitū re-  
dire, etiam si inter duas accessiones longum in-  
tercedat spatiū, vt in tertianis & quartanis. Por-  
rō quartanę pulsus post inclinationem rariores  
sunt, ac tardiores quā naturales: quia eius febris  
materia natura frigida est: sed febris calore in cal-  
facta, pulsus crebriores & celeriores efficit: aba-  
cta, vero febre redit ad naturam, corpusq; restrige-  
rat, & pulsus rariores ac tardiores efficit.

TEX.

Quotidianam autē his maxime notis de-  
prehendes. Calor necessario humentior est,  
cum quadam acrimonia: quam non protin-  
us admota manus, sed permanens sentit.  
Caliditatē enim quandā fumosam cum lar-  
go vapore cōmistam exire putabis: scilicet  
igni in multa humiditate potius suffocato,

Gal.

F

quam ipso materiam euincere. Sed & harū  
pulsus minores sunt quartanarū pulsibus,  
quā quartanarū pulsus, sint tertianarū. Rur-  
sus quotidianarū pulsus tanto sunt tertiana-  
rū pulsibus rariore, quāto harū, sunt quar-  
tanarū pulsus. At in vtrisque eadē est tarditas.  
Verum hæc febris minorē adfert sitim: hæc  
itaq; quartana tantū excedit, quantū quar-  
tanam tertiana. Atq; in tertianis quidem lin-  
gua, totumq; corpus aridissimum est, in his  
vero humidissimū: vomitionesq; pituito-  
sæ, et quicquid per ventrē excernitur, frigi-  
dus, humidus, crudus, aquosus, et pituito-  
sus est. Et in hisce febribus, vniuersum cor-  
pus crudis humoribus scatet. Siquidē hęc gra-  
tibus, naturis, anni tēporibus, & tēperaturis  
humidioribus accidunt. Nunquā enim ado-  
lescentē biliosum, ac natura siccū, hæc febre  
correptum vidimus. Pueri vero, præsertim  
nati minores, & ex grādiorebus, q̄ pituitosi  
magis, ac corporis habitudine crassa sunt,  
vitamq; agūt vitiosam, gulæ indulgētes, &  
ebrietati dediti, crebro balneis, maximeq; a  
cibo vtentes, quotidianis facile corrūpūt:  
sed & locus humidior, & tēpus hybernum,  
aerisq; cōstitutio humidior, hæc maxime fe-  
brē, inuehunt, quæ si tūc etiā grasset, præter  
ante dicta maximā afferet cognitiōnē. Ve-  
rū harū febrū declinatōes, vti tertianarū

& quartanarū sudoribus non finiunt, vnde  
neq; ad manifestā febris remissionē, paucis  
quibusdā exceptis, perueniūt. Vrinæ autem  
procedente febre totius morbi tempora do-  
cent: initio vero eius speciem ostendunt. In  
quotidianis enim aut albæ, vel tenues, vel  
crassæ, & turbulentæ, aut rubræ apparēt, In  
tertianis rufæ uel subrufæ: In quartanis ve-  
ro variæ, sed crudæ omnes. Atque hæc qui-  
dem sunt febrū intermittentiū notæ.

## COMMENT.

Quotidianæ calor humidior est ob materiæ ex  
qua gignitur humiditatē, hoc est pituitæ, cū acri-  
monia quadam, quā putris fumus parit: hæc qui-  
dem acrimoniam protinus manus non sentit ad-  
mota, scilicet copioso uapore obrutā: sed quā ma-  
nu diutius manente, facile percipias. Pulsus quo-  
tidianarum sunt omnium intermittentiū minimi.  
Quotidianarum enim pulsus, quartanarum mi-  
nores sunt, minores in quā, quā quartanarū pul-  
sus sunt, tertianarū. Tertianarū enim maximi ce-  
lerrimi, ac creberrimi sunt. Quartanarum rarissi-  
mi. Ceterū quotidianarū rariore q̄ tertianarum,  
& frequentiores q̄ quartanarū. Ex æquo vero tar-  
di sunt in quotidianis & quartanis. Nam calor in  
tertianis maxime vrget, facultas obsequitur, &  
instrumentū non reluctatur: in quotidianis neces-  
sitas nō admodū impellit, facultas consopita est,  
& instrumentū humoris copia impeditum: vnde  
multū vel dilatari, vel cōtrahi nō potest. In quar-  
tana vero calor quidē non multū vrget quemad-

Quotidia-  
narum sig-  
na,

Pulsus quo-  
tidianarū  
febrū,

modum nec in quotidiana: facultas vero manet, & minus instrumentū impediūt: propterea q̄ par-  
 tior vapor & humor, q̄ in quotidiana, infeltet.  
 Ad hæc quotidiana minorē sitim adfert: tertiana  
 vehementē: quartana mediocrē. Nā tertiana cor-  
 pus calidissimū, & aridissimū reddit: quotidiana  
 frigidū, & humidissimū. Quartana vero siccum  
 quidē, sed minus q̄ tertiana calidū. Quemadmo-  
 dum igitur in tertiana tum per aluū, tum vomī-  
 tiōe biliosa vacuant: ita in quotidiana, frigida, hu-  
 mida, cruda, aquosa, & pituitosa. In ea enim cor-  
 pus crudis humoribus redūdat: vt quę ætatibus,  
 temperaturis, aeris constitutionibus humidiori-  
 bus, & alijs id genus accidat, quę pituitā genera-  
 re solent: in tertiana biliosus exuperat humor, à  
 causis calidioribus & siccioribus genitus. Cæte-  
 rum quotidiana non desinit in sudores præsertim  
 vbi pituita cutis & subiectę carnis meatibus in-  
 heret. Quæ rōne in manifestā quietē minime de-  
 sinit. Vrinę autem in intermittētibz febribz hu-  
 mores, qui extra vasā putrescunt, raro indicant  
 quoniā hi vt plurimū per sudores, vel insensiles  
 transpirationes vacuātur. Qui vero in vasīs cōti-  
 nentur, vitiosi quidē ac putrescere parati, nō dum  
 tamen putres, quales quidem sint vrinę produnt,  
 tū initio febris, tū toto eius decursu. Initio enim  
 morbi speciē: toto vero morbi processu eius tem-  
 pora docēt. Alia enim tempora alia vrinę osten-  
 dūt: initia quidē & incrementa crudiores, statū vero  
 & inclinationem coctiores. Itaq; albę, tenues, vel  
 crassę aut etiā rubrę, vt in quibusdā exemplari-  
 bus typis excusis legit, quotidianarū sunt notæ

Signa ab  
 vrinis.

Albæ quidē ac tenues ob pituitæ cruditatem, &  
 ingentem viarum obstructionem apparent: tur-  
 bulentæ ac crassæ, cum iam natura cōcoctionem  
 auspicata est, aut crassā pituita excernitur. Rubrę  
 vero, vbi per imbecillitatē iecoris ac venarum  
 serum ac rubra sanies vnā cum vrina emittitur:  
 qualis in hydropē excerni solet. Intertianis autē  
 rubrę aut subrubrę apparent, ob admistam flauā bi-  
 lem. In quartanis nūc subrubrę, nūc albę, sed sem-  
 per tenues ac crudę. Nā vt bilis atra à diuersis sit  
 humoribus, sic & febres quę ab hac nascuntur, di-  
 uersas esse oportet, quæ enim à flaua bile retori-  
 da sit, cū rigore incipit uehementiore, & flauiores  
 habet vrinās, quàm quę à crasso sanguine deusto.

## T E X.

Febres autē assiduas ex eo quidē maxime  
 cognosces, q̄ nullum ex ijs signum habeāt,  
 quæ debere inesse intermittētibz docui-  
 mus: & si intra quatuor & viginti horas nō  
 desināt, quæ si inęquale habuerint incremē-  
 tum, præter alias notas maiorem temporis  
 diurnitatē prænuntiant: atque adeo si &  
 quod propriū est febrū, euident in pulsi-  
 bus signum obtineant. At si neq; ordinem,  
 neq; æqualitatē, neq; numeros seruent, argu-  
 mentū erit tum earū magnitudinis, tum q̄  
 ex genere intermittētiū non sint. Quæ si ta-  
 les permaneāt, & tertio die accessio maior,  
 aluique excrementa, et vrinę omnino crudę  
 appareāt, nō possunt septimo eiusmodi fe-

bres indicari. Si vero dies quartus tertio similis videatur, & febris velut langueat, nec facies nec vniuersa corporis habitudo concidat, in longum tempus hoc febris genus protrahi solet. Atque hæc quidē sunt febrū differentia, quæ accidentibus carent.

## COMMENT.

Signa intermittentiū febrū.

Inequale incrementū quando appareat.

Diurnæ febris signa.

Signa alia alijs febribus intermittētibus isunt: tertianis quæ rigor & sudor: quotidianis frigus: quartanis horror et sudor, quæ si in aliqua febre putri nō appareāt, hāc cōtinuā esse certū est, q̄ si inæquale habuerit incrementū, nō modo asiduā esse, sed & fore longā, iudicare poteris. Inæquale incrementū apparet, cū corpus modo calidius, mō frigidius, sentit: quod sit stomacho, vel alia sensibili parte affecta. Nā externæ partes vrgētē dolore, calorēq̄ intro reuocāt, frigiditq̄ dum mitigat, foras calor resilit, calfacitq̄ externas partes, atq̄ sic alternatim corpus calefcit, ac inalgescit. Accidit & ex humorū varietate in venis putrescentiū, in quibusdā nō intermittētibz febribus, nō simplicibus, sed spuris, testaturq̄ earū diurnitatē: tum quæ ex crudis humoribus, vna cū alijs permixtis ortum eiusmodi febres habeāt, tum quia natura partuo tēpore multos, variosq̄ affectus euincere non possit: vt Galenus ait. Quod si cū hac incrementi inæqualitate pulsus euidentis sit inæqualitas longitudo febris significat: vt in qua multitudo, ac cōtuitas humorū naturā p̄mat. At vero, si neq̄ ordinē, neq̄ equalitatē, neq̄ numeros pulsus seruet: nō solū cōtinuā, sed magnā iudicare licebit. Nam

tunc vel facultatē oneratā, vel instrumētū impeditū, vel vehemēter intēperatū esse, necesse est: p̄ indeq̄ febrē magnā. Si autē ad tertiuū vsq̄ diē tales permaneāt, in quo & accessio maior fiat: vrinæque omnino crudæ ac alui excrementa appareāt septimo deiudicari eiusmodi febres nō poterunt. Nā ex hypothesi cum duos dies eadē mansit febris, tertio increuit manētibus magnæ cruditatibus signis, septimo die integra cōcoctio apparere nō poterit: vt inde iudiciū eius finitæ sumi possit. At si quartus dies similis tertio videatur, & febris velut sepulta lāguidaq̄ appareat, neq̄ facies, neq̄ vniuersa corporis habitudo concidat, protrahi in longū tempus eiusmodi febris solet. Cū enim corpus nō concidat, et febris quasi victa marcescat, indicatū est materiā resolutioni esse contumacem, & causam resoluētē, nempe calorem, imbecillā: vnde non sine ratione febris erit diuturna.

## TEX.

Deinceps vero singularū curatio tradet: ac primū quidē intermittentiū, deinde cōtinentiū, vt vocāt, febrū. Ex intermittētibus quidē breuissīma simul & māuetissīma, tertiana est, lōgissīma vero, sed tuta, quantū in se est, quartana. Quotidiana vero longa est & periculo nō vacat. Itaq̄ victus rationem statim ab initio iſtituemus, vniuersum morbi tempus cōsiderantes. Nā in acutis, & qui ad statū celeriter pueniūt, si tenuiter omnino cibare velis, haud magnopere lædes. In lōgioribus uero: nisi p̄ initialia liberalius ciba-

ueris, aut una cum morbo hominē necabis, aut intempestiue victus ratio mutanda erit: neq; enim accedente statu vberior victus q̄ prius, sed cōtra, omniū q̄ p̄ morbū exhiberi debeant tenuissimus in id tempus referuandus est: hoc quidem omnium cōmune est.

## C O M M E N T .

Intermittē  
tū febrū  
curatio.  
Tertianę  
& aliarum  
victus.

Tertiana  
febris.

Iure ad febrū curationē p̄cedit, vbi earū non solū speciē, sed & magnitudinē, & longitudinem docuit. Primū igitur ab intermittentiū curatione tanquā faciliore, auspicatur. Quartū, cum alię lōgę, alię breues, alię tute ac sine periculo, alię nō sine periculo sint, alijs alia viuēdi ratio instituida est. Tertianis enim, quę & breuissimę & minime periculosa sunt, tenuior victus adhibet: quia vires ad finem vsq; durare possunt. Quartanis & quotidianis liberalior, idq; per initia, quādo natura cum morbo minus pugnat: & vires adhuc robustę copiosiorē cibum cōcoquere possunt. Sed vt ad statū morbus proxime accedit, ita cibum maxime circūcidere oportet: eo quidem magis, quo propius ad hunc acceditur: id quod omnibus febris est cōmune. Quoniā autē cum celerius ad statū peruenit, principiū, incrementumq; breuiora sunt, idcirco statim ab initio parcus alendi sunt, scilicet natura iā cū morbo multū colluctante, quē breui superatura est. Cōtra vbi longū principiū & incrementū est, liberalius alere oportet, cū vires, nisi subueniatur, in tantū tempus durare nō possint. Tertianas porro esse acutissimas: & celeriter ad statū peruenire dicit: quia bilis, q̄ hanc

procreat facillime accēditur, ac alterat. Easde m̄tissimas vocat, nō q̄ grauius nō infestent (vrgēs enim & caloris uehemētia, & siti, et id genus alijs symptomatis) sed quia oīno vacāt piculo, minimeq; malignę sunt. Quotidianas autē nō sine periculo esse scribit: tum q̄ lōgę sint, tum q̄ accessiones longas habeant, easq; quotidianas: tum q̄ habitum corporis refrigerent, ac calorem naturū extinguant, gignantq; magnum recrementorū in corpore prouentum. Cum enim lōgas accessiones habeāt, easq; oīum minime in integritatē desinentes, naturā breuissimum tēpus relinquunt, in quo cōcoctioni cōtumacium humorū, ac corpori alendo, refarciēdisq; viribus, vacet. Quartana vero, et si longissima sunt, quia accessiones breuiorē, puriores & lōgiore interuallo repetentes habet: minus q̄ quotidianę, periculum afferūt: minus dixi, quia nonnunq; morbos alios hęc temporis diuturnitate pariunt, parētibus deteriores: vt lienis tumores, hydropas, & alia id genus mala.

## T E X .

Ad hęc vero, quę intermittentibus p̄pria sint, cōsiderare oportet: velut statim in tertianis ( neq; enī male ab his auspicabimur ) distinguendum in primis est, num exquisita ac vt ita dicam, generosa: an minime exquisita, sed velut spuria sit. Tertiana enim exquisita, septē cum tardissime circuitibus iudicatur, minimeq; periculosa est. Alterā autem non exquisitā, aliquādo vidi autumno incipere, & vere desinere: postea, vt par erat,

Quotidia  
na.

Quartana

quarta  
et  
quinta

tanto tēpore, tum q̄ egrotus imperātī me-  
dico non magnopere pareret, non nihil etiā  
delinqueret, tum vero hyemis iniuriā male  
afficeretur, maxime lien intumuit: et hypo-  
chondria flatu distenta sunt: tumor quidem  
decolor cum in facie, tum maxime in cru-  
ribus apparuit, adeo vt adolescenti timueri-  
mus, & maioribus vtī remedijs necessū fue-  
rit. itaq; hęc febris nihil exquisitę tertianę si-  
mile habet: quare ab initio distingui oportet  
dico. Nam quantū natura inter se disse-  
runt, tantum victus rationē variari equum  
est: vt autē has optime distinguas, satis mihi  
fuerit ea recensere, quę adolescenti acciderūt:  
quę exemplum documētaq; tibi futura sint  
februm non exquisitę tertianarum.

## COMMENT.

Non solum quę cōmunia sunt intermittētū,  
sed & singularum propria cōsiderāda esse docet:  
quādo nō omnes tertianę, aut quartanę, aut quo-  
tidianę eiusdem naturę sunt. Alię enim ex syncera  
simpliciq; humore fiunt, ac exquisitę vocan-  
tur: alię nō ex simplici sed misto, nothęq; ac spu-  
rię dicuntur. Itaq; exquisita simplexq; tertiana  
est, quę ex syncera bile ortum habet, septenos cir-  
cuitus nō excedens: inuadens cum rigore, & in su-  
dōres desinens: interdum & cum vomitionibus,  
aut alui deiectionibus biliosis, alternis diebus re-  
petens. Fit autem æstate sua naturam habentes,  
hoc est calida & sicca, statu temporis & regione

Tertianę  
exquisitę si-  
nitio, &  
quō fiat.

huic similibus, & victus ratione biliosa, ac pau-  
ca, vigilijs, laboribus, mœroribus, tēperatura bi-  
liosa, & id genus alijs, quę bilem generare solēt.  
Quōd autē septē circuitus non excedāt, iusta ratio  
est, quando nec humor, ex quo cōsistunt, crassus  
est, aut lentus & tenax, vt in quotidianis, & quar-  
tanis, immō nec admodū copiosus: proinde faci-  
le & cito discutitur. Natura enim maiorem alio-  
rum humorum molem sustinet, vt qui minus ir-  
ritet: bilis vero, quia acris est, minorem modum  
patitur quicq; septem ad summū circuitibus edu-  
ci ē corpore possit. Nam interdum tribus, inter-  
dum quatuor, aut quinq; accessionibus, pro qua-  
litate quantitateq; sua, educitur.

## T E X.

Medium erat anni tempus inter vergilia-  
rum occasum, & quē hūc antecesserat equi-  
noctium: in quo adolescētē circa fere ipsam  
auroram febris cum horrore corripuerat:  
quę neq; in calore, neque in pulsibus, tertia-  
nę similis esse videbatur. Imo nec vomitus  
biliosus sequutus est, nec multus sudor: po-  
stridie vero ad horā circiter tertiam paucus  
exijt mador, cum quo & febris euauit: sed  
adeo sensim, vt circa vesperā vix febris ex-  
pers æger videretur: nimirū relicto tunc in  
pulsibus euidente admodū febris signo. Ve-  
rum reliqua circa idem tempus, ac per totā  
noctem, facile oīno eger ferebat. Rursus ve-  
ro circa tertij diei aurorā, secunda accessio,

priori in oibus, præterquã tempore similibus rediit: sequente enim nocte paulo antelucẽ, exhalato vapore febris decessit: circa quartũ diei auroram, & reliquo toto autumnõ, ac hyeme, quo tẽpore egrotauit, tum reliqua omnia, tum accessiõnis & solutionis febris tempus, eadẽ permãserunt. Adolescens autẽ annos plus minus octodecim natus erat: aspectu albus, ac pinguis, vitæ deditus ociofiori, priusque crebris tum crapulis, tum lauationibus vsus, ac satietatibus: proinde cibos improbe concoquebat. Accessit vero & huic pulsus durities, mediocris quidẽ in primo & secũdo die, in tertio vero & quarto & sequentibus vsque ad septimũ, ad tantam peruenit duritiẽ, vt si quis solũ pulsũ credidisset, multorũ esse mensuram egritudinem putasset: ac talis permãsit vsque ad vernum æquinoctiũ: in quo primũ mollescere cœpit. Postea rursus quadragesimo die ab hac tertiana prorsus liberatus est, paulatim pulsu emollescente, & accessiõne decrescente, vrinisq; probum quod desidet habentibus, quæ prius vehementer crudæ omnes erant. hæc quidẽ certe maxime contraria est exquisitæ tertianæ.

COMMENT.

Vergilię.

Vergilię septem stellæ sunt in Tauri dorso posite: quę medio vere cum sole oriũtur, Greci Pleiadas dicunt: eodem medio autumnõ, cum sol est

in Scorpio, occidit: hoc est ab æquinoctio autũnali diebus ferẽ quinquaginta, vt Gale. docet in cõmẽtario primo  $\pi\epsilon\pi\lambda\iota\ \delta\ \pi\alpha\delta\eta\mu\iota\ \delta\omega\upsilon$ : est enim Scorpis Taurus, in quo ipsæ sunt, ex aduerso locatus. Proclus tantum sex esse putauit, q; septima vix cõspici possit. Cum igitur sol cum Scorpio oriatur, oppositus Taurus occidit cum Pleiadibus. Aequinoctiũ vero, quod antecedit huic occasum, est cum sol in primo Librę gradu existit, quo tempore ex estate antecedente, relicta in egroto bilis erat. Præterea egrotus, adolescẽs erat, quæ gras gignendis id genus febribus idonea est: reliquę vero causæ de quibus mox differetur, ad procreandam pituitã erãt efficaciores. Cœperat igitur adolescens cum horrore, nõ rigore febricitare. Nam rigor ex sincera flaua bile, vt dictum est, fit: horror ex atra aut flaua impura. Itaq; horror hic exquisitæ tertianæ nõ est index, sed spuria quæ ex admistione pituitę nascitur. Porro calor exquisitæ tertianæ, maximus acerrimusq; est. Pulsus vero maximi, celerrimi & creberrimi, quales in hac spuria vix nõ fuerunt: in qua nec vomitus, biliosus secutus est, nec sudor multus: quę exquisite tertianæ peculiaria sunt. Verũ postridie hora citè tertiã paucus exhalauit vapor, cũ quo & febris discussa est: sed ita remisse, vt circa vesperã vix à febre liberatus esse videretur: quo ab exquisita tertiana maxime differt, in qua sudor copiosus ad integritatẽ perducit. In spuria materiæ lentor non affatim, sed paulatim resoluitur: adeo vt sensum effugiat. Cæterũ reliquę quæ dã remanserunt: quæ integre febrem decedere non permise-

Aequinoctium.

Exemplũ de quodã adolescẽte

runt. Itaq; mirum non est, si post vaporē à febrē liberatus integre æger esse nō est visus: cū adhuc in pulsibus febris euidens nota, nempe pulsus inq; qualitas, ob materiæ reliquias, remāserit. Reliqua autē febris incōmoda facile æger eodē tempore, & per totā noctem, ferebat. s. vnā cum febre remisit. Rursus uero circa tertij diei aurorā redijt accessio, priori oīno, præterq; tēpore, similis: sequente enim nocte paulo ante lucē discussus est vapor: febrisq; decessit circa quarti diei aurorā. Quod secūda accessio similis oīno priori esset, id est cum similibus calore, horrore, & pulsibus, hoc ideo erat, q̄ similis oīno materiā utrāq; accessionem pepererat: verum diuturnior fuit secunda, q̄ maior materiæ copia quæ hāc genuit, cōputruerat. ferē enim sit, vt prima accessio breuior sit, vt in qua cruda materiā ægrius accendatur. In reliquis uero materiā ad incendiū à prioribus preparatā, atq; ita augeri solent accessiones vsq; ad statum. Prima enim accessio circa aurorā incepta, hoc est p̄m nostram supputationē, circa horam sextā matutinam. (Est autē aurora tempus ante solis ortū, quo cœlum splendescere incipit.) Et desit sequētis diei hora circiter tertia. Itaque ea accessio fuit horarū ferē vnius & viginti. Secūda accessio viginti quatuor, vt quæ circa diei aurorā inceperit, & eadē quarti diei aurora desierit. Adolescens natus erat annos circiter octodecim. Dicebamus modo tempus & ætatē, bilem in pposito egroto generalis: pituitā uero omnes propemodū alias causas: nempe temperaturā, habitudinem corporis, victus rōnem antecedentem. Cum igitur cau-

sa quæ pituitā genuerūt, & plures numero, & efficiaciores fuerint, mirum nō est, si longissima hæc febris fuerit, lōgissimaq; habuerit accessiones: ut quæ ex copia crudorū humorum ortum habuerit: quod & pulsus durities planē indicabat, quā plenitudo attulit. Quemadmodū enim vesica flatu plena, & vter liquore, prementi digito non cedunt, durāq; apparent: sic arteria plena, aut humore, aut flatu, aut vapore, durū efficit pulsus. Mediocris igitur primo & secūdo die durities apparuit: quia nōdum ex humore uapor, ac flatus multus excitatus fuerat: à tertio uero vsq; ad septimum a deo hæc aucta est, vt videretur morbus multorū mensium, id est, vt videretur arterig, ob morbi lōgitudinem resiccate, ac indurate. Perseuerauit autē hæc durities vsq; ad æquinoctiū vernū: scilicet materiā q̄ arterias implebat, nō decrescēte. A verno autē æquinoctio vsq; ad quadragesimum diē sequentē, in quo febris soluta est, emollitus est pulsus, nimirum materiā decrescēte: vnde & accessiones breuiores factę sunt, & cōcoctiones vrinae: quæ prius crudæ admodum apparuerant, ob materiæ & copiam & cruditatem.

## T E X.

Reliquas uero omnes inter medias q̄ permutatę sunt, ex definitis extremis haud difficile inuenies. Si enim, quæ in initio cōmētationis scripsimus: tertianarū signa omnia affuerint, exquisitam tertianā esse testabūtur, cuius accessionis tēpus, breuissimū quidē omnino quatuor, aut quinque, aut sex horarū

est. Longissimum vero, vndecim aut duodecim. Atque etiã harũ vring' tertio aut omnino quarto die, concoctionis indicium ostendunt. His igit' notis absoluta tertiana & spuria dignoscuntur. Ad hũc vero modũ, quartana & quotidiana distinguntur. Cui enim omnia insunt signa, quæ prius in febris quartanis scripsimus, germana ex actaque quartana est. Sin minus, spuria minimeq; exquisita. Et ex quotidianis legitima quidem est, cui oia, quæ diximus, insunt: quæ si non adsint, exquisita nõ est. Itaque febres spurie nõ tam longæ sunt, q̄ quartana & quotidiana. Sed quæ admodum tertiana præceptus est, sic quartana & quotidiana diuturnæ. Hæ quæ in his q̄ circuitu repetũt, cõsideranda sunt.

Tertianæ  
febris duo  
extrema,

COMMENT.

Duo tertianæ febris extrema constituta sunt: nempe exquisita, et summe spuria. Exquisita quidem breuissima est breuissimasq; habet accessiones. Nota vero huic maxime opposita, longissima est, longissimasq; habet accessiones: vt ex ante dictis liquere p̄t. Inter hæc febrium extrema innumera penè nothæ tertianæ positæ sunt, sola maioris & minoris rōne discrepantes: quarum q̄ ad exquisitam magis deflectunt, breuiores sunt, breuiioresq; habent accessiones. Cõtra vero, quæ ad maxime notham propius accedunt, longiores sunt, ac longioribus cõstant accessionibus. Facile itaque cõstitutis his terminis, singularum quæ in medio

medio collocatæ sunt, naturæ cognosci poterũt. Porro autẽ extrema hæc definiuntur: tertiana quidem exquisita, dicta iã breuitate, & paucitate accessionũ: itẽ caloris acrimonia, & magnitudine rigore, vomitu bilioso, & sudoribus summe vero spuria longitudine et multitudine accessionũ, cruditate, & cæteris quæ modo declarata sunt. Ad eundẽ modum quartana & quotidiana, tum generosa, tum spuria suis notis distinctæ sunt: vt ex ante dictis videre est. At quartana & quotidiana suis spuris sunt longiores: q̄ quartana ex crasso, quotidiana ex viscoso humore, vtroq; syncero, & qui ægre discutitur, cõstat. Vtraq; vero spuria admittã habet bilem, quæ quo copiosior est, eo breuiorẽ reddit febrem, breuiioresq; eius accessiones. Contrariũ vero tertianis accidit: nam exquisita breuissima est, nothæ vero eius, eo quidem longiores sunt, quo ab exquisita magis recedunt. Cum igitur proposita tertiana summe notha ex pauca bile, magna vero pituitæ vi fiat, longissima est, longissimasq; habet accessiones, ita vt exquisitas quotidianas fere longitudine æquet. Sed quemadmodum tertiana acuta est, ita quartana & quotidiana longæ. Tertiana enim exquisita ex humore tenuissimo, & qui facile discutitur, ortũ habet: Quartana vero & quotidiana vt iam diximus ex crasso & viscoso humore.

Tertianæ  
exquisite  
signa.

Summe  
spuriæ  
signa.

TEX.

In alijs vero febribus vrinas, alui excrementa, & vniuersam corporis habitudinẽ inspicere oportet: calorẽ quoq; et arteriarũ

Gal.

G

motū. Ad hæc alia quæcunque Hippocrates longæque experientia contemplanda esse iubet, nempe regiones, anni tempora, aeris constitutiones, ætates, & temperaturas corporū cōsuetudines, & antecedentes causas, quæque vna cum morbis inuadunt, quæque medio tempore apparent.

## COMMENT.

Distincta sunt ac determinata febrū intermittentiū extrema, longitudine, breuitate, & numero accessionū, rigore, vomitione, & sudoribus: quæ quia assiduis febribus nō insunt, aliæ notæ quærendæ sunt, quibus exquisitas à spuris distingua-  
mus: eas autē nobis ostendunt vrinæ, alui excre-  
mēta, corporis habitudo, calor, pulsus, regio, anni tēpus, aeris cōstitutio, ægrotātis natura, ætas, cōsuetudo, & causæ, quæ febrē attulerunt, vt exercitatio, ociū, victus ratio, vigiliæ, somnus, curæ, animi securitas, & id genus alia, quæ vim habent gignendæ febris alia aliā. Ea quoque que vnā cum morbo nascuntur, aut in medio apparēt: cuiusmodi sunt dolor, vigiliæ, inquietudo, sitis, cibi fastidium, nausea, vomitus, delirium, & alia pmulta. Vring, verbi gratia, & alui excremēta flaua, temperatura biliosa, habitudo corporis extenuata & hirta, ætatis vigor, caloris acrimonia, pulsus maximi, velocissimi, creberrimi, regio & aeris cōstitutio calida & sicca, anni tēpus, ætas, cōsuetudo, vitæ genus, q̄ bilem gignere idonea sint, cibus itē paucus ac biliosus, vigiliæ, curæ p̄tinaces, deliriū & similia febrem assiduam, exquisitæque biliosam

Febris assidua notæ.

esse & que accuratè tertianæ p̄portione respondeat, indicant. Horum vero cōtrariā cōtrariā febrē, nempe exquisite pituitosam fatentur. Eodem modo iustā quartanam assiduā ostendunt excrementa nigra natura corporis melancholica, habitudo supra modum extenuata, nigra, hirta, calor paucus & acriusculus, pulsus rarus, & tardus, regio, & aeris cōstitutio inequalis, autumnus, inclinans ætas, & alia id genus, que in quartana declarauimus. Igitur summe spurix assidux sunt, quæ maxime à legitimis sui generis recedūt: velut spuria biliosa ab exquisita maxime distat. Inter hæc duo extrema multæ biliosæ spurix constitutæ sunt: quemadmodum de tertianis diximus.

## TEX.

Omnia quidem, vt cuipiā videri posset, monita sunt, sed reuera haud ita res habet, quando quod maximum horū omniū est, dictu autē breuissimū, nōdum explicatum est. Quid vero hoc est? morbi, & virium quātitas: res quidem, quæ verbo vno explicari possit, ad usum maxima est. Neque enim bene prænoscere poteris, nisi horū cuiusque quantitate diligenter explorata. Non enim morbus lethalis sit, necne: nec quādo vel mori, vel a morbo vindicari potius homo debeat, nisi omnium, quæ diximus, quantitatē diligentius contemplatus, in duodegeris capita, nimirum in morbū ipsum, & laborantis vires, præscire recte poteris.

Nam si vires adeo validæ sint, vt morbum euincant, necessario sanitati homo restituetur. Sin cõtra, omnino morietur. Nõ igitur solum cuiusnam sit generis morbus, sed & quantus ipse sit, inspiciendum est. Hoc autẽ non parua eget meditatione atque peritia, cum propter alia, tum q̃ nec scribi, nec verbis explicari vllõ modo eorum cuiusq̃ quantitas potest. Siquid igitur nostrum est, id non tam ex alia re vlla, q̃ ex crebra cõficiendæ quantitatis exercitatione percipitur, quod ex operibus & discere & docere possis. Quæ vero qualitate distinguuntur, diligenter simul ac dilucide, q̃ breuissimè fieri poterit, scribemus.

COM MENT I

Quantitas  
morbi qd.  
Vires qd.

Quantitatis morbi appellatione, tum eius longitudinẽ, tum magnitudinẽ ac vehementiã, & vtrum nomine tum laborantis ipsius robur, tum in debellandum morbum durationẽ, intelligere videt: vt ex eius verbis cõstat. Nã cum inquit, non enim an morbus lethalis sit, nec ne &c. morbi magnitudinẽ, & vehementiam, & laborantis robur subindicat. Cum vero ait, nec quando vel morbus, vel a morbo vindicari debeat, morbi longitudinẽ, et virium durationẽ eum dicere perspicuũ est. Longitudinẽ autẽ morbi vestigare oportet, vrinæ & aliorũ excrementorũ cruditate et coctione, febris motu, pulsus & incrementi equalitate, ac in equalitate. Nã si primis statim diebus excrementa cocta appareãt, febris celeriter moueatur, pulsus

Longitudo  
quomodo  
deprehen-  
datur.

inequalitas magna nõ sit, nec inæquale incrementum, febris lõga esse nõ poterit. Sin cruda sint excrementa febris velut lægueat, tardeq̃ moueãt, lenta in ore sit pituita, corpus nõ concidat, pulsus & incrementi magna sit inequalitas, morbus lõgus erit. Magnitudinẽ vero ac vehementiã eius ostendunt, febris mores & symptomatũ magnitudo, ac multitudo: qualia sunt, sitis, linguæ asperitas, dolor, vigilia, inquietudo, cibi fastidium, animi deliquiũ, nausea & id genus alia: quæ si vel omnia vel præcipua adsint, magnã vehementerq̃ esse febrẽ plane testantur. Circa hæc igitur diu versari homo debet, si rectẽ morbi quantitatem cognoscere velit. Robur vero facultatis suis functionibus metiemur: animalis quidẽ motu, sensu & cogitatione. Nã si eger in laus vel dextrũ vel sinistrum cubet, manus, ceruicẽ, & crura paulum reducat, atq̃ vt semel dicã, ritu sanorũ iaceat, respiret, ac dormiat, sentiat ac sapiat, vt per sanitatem solebat, animalẽ virtutẽ constare certum est. Sin supinus iaceat manibus, cruribusq̃ extẽtis, delabat ad pedes, puigilet, lumen refugiat, simulachra videat, desipiat, imbecillã eandẽ vim esse cõstat. Sic pulsus magnus, vehemens, altus, robur vitalis facultatis nuntiat: cõtra paruus, languidus, inordinatus, vermicularis, formicã, imbecillã. Eodem modo naturalẽ vim valere testatur p̃ba cibi cõcoctio, & supflui excretio: imbecillã vero esse, cruditas, & corruptio ac putredo, tum cibi tum humorũ, immodica excretio aut retentio: in his igitur assidue, diligenterq̃ exerceri debet, quisquis certam quantitatis morbi, & virium coniecturam assequi cupit.

Magnitudo  
dinem quæ  
inducunt.

Robur vni  
de noscat.

## T E X.

Exquisitā autē tertianā, vt in qua cōcōitata bilis flaua domineſ, quoad fieri maxime po- teſt humeſtare ac refrigerare oportet. Nam contrariorū cōtraria ſunt remedia: q̄ quod ſuperat, reprimāt. quod autē deeſt ſarciant. Flauę autē bilis humor omnīū q̄ in corpore ſunt humorū, calidiſſimus ac ſiccīſſimus eſt: itaq; exinaniēduſ eſt: uomitu quidē: ſi ad uē trē repit: pari modo paluū, ſi deorſum ferī. quod & ſpōte iuſtis tertianis accidit. Per vī- nas quoq; et ſudores exigere oportet: ſed cō- mode p̄ inferna repurgat. At mollibus cly- ſteribus vēter ſubducēduſ eſt: vrinę vero, potionibus iſis, in q̄bus maduerit apiū et ane- thū puocāde. Et ſi coctōnis notę apparue- rint, iā cū ſiducia abſinthiū dabis qd̄ alioqui ſtomacho quē erodēs bilis infeſtat, ſummū remediū eſt: preſertim, ſi eius comę, quantū uſus eſſlagitat, in aqua mulſa macerariſ. Sed & balnea calida ex aqua potabili p̄ſunt: tū q̄ bilis aliqd̄ educūt, tū q̄ ſua qualitate miri- fice iuuāt: ea enim huiuſmodi omnia hume- ctāt, & facultate refrigerāt. Marina vero, ſal- ſa, nitroſa & ſulphuroſa plus q̄dem bilis exi- gūt, verū minus q̄ ex aqua dulci utilia ſunt: preſtat uero nec ea utilia dicere, quādo plus ſua qualitate lēdūt, q̄ uacuādo p̄ſunt. Equi- dem noui quēdā, qui falſo adductuſ iudicio hiſce balneis uſuſ eſt: ac deinde reſiccato

corporis habitu, eo uenit exitū ut tabe inte- rierit. Reliqua autē uictuſ ratio illi bilis uacua- tionē adaugebat. At cōtraria qualitas quali- tati præter naturā exceedēti, perpetuo obſi- ciēda eſt: tanquam id longe cōmodiuſ ſit, q̄ quouis modo vacuare: uerum ipſe nec hoc nouerat, neque ex alijs didicerat. In balneis igit hoc præcipue conſideret, vt corpus ab- luat ac humeſcat: p̄inde neq; nitrū, neq; ſal, neq; ſinapiſ inſpargēda ſunt: id quod facti- tare plurimos uidere licet, egrotos enecan- tes. Vbi autē calente oleo plurimū perfude- riſ, in aquā ducere ac pluere oportet: et ſi in ea natate uelint, iſis quātū poſſunt permittē- dum eſt. Qui uero balneis delectantur, neq; ſi bis die lauare uelis, peccabiſ: ſed præcipue in memoria habeto, vt id opportune fiat. Nā ſi coctōiſ morbi ſignis apparētibus fre- quētius laueriſ, nō erraueriſ. A uino uero, antequā morbuſ cōcoquatur, proſuſ arcē diſunt: ubi autē coctōniſ initiū habuerit, paucū, tenue & dilutū: initio dandū eſt: libe- raliuſ uero, ubi in p̄pinquo morbi ſolutio eſt. Cibiuſ autē frigiduſ & humiduſ omniſ iuſtis tertianis cōfert. Tātū autē dari debet, quātū optime cōcoqui poſſit. Ex oleribus quidē atriplex: blitū, rumex, malua, lactu- ca, & cucurbita. Ex alijs autē cremor p̄iſſa- nę, ſorbitio ex alica, Ex piſcibus uero ſaxa-

riles. Ex auibus q̄ molli sunt carne: et ex mi-  
nime talibus alæ: gallorū quoq; testiculi: &  
suū pedes. et cerebella dāda sunt. Iuniorūq;  
porcellorum si illiquefactas coctura carnes  
p̄bueris, nihil offēdes. Sed et oua sorbilia p̄-  
mittunt, & maxime eorū lutea: vt que q̄ al-  
bū facilius coquant. Ex fructuū autē genere  
ñ gustari cōcedunt, qui omnino coctu diffi-  
ciles nō sint. melle vero, sinapi, falsamentis,  
et omnibus acribus phibere oportet: & vi-  
nis admodū vetustis, naturaq; calidis. Hæc  
qdē victus ratio esto multorū, ad cōiecturā  
tibi tradita, & exposita. Qui uero molliter  
nō educant, ñs victus instituedus est, qualē  
me aliquādo in exquisita tertiana ex Hippo-  
cratis sententia dare, vidisti; nempe ptissanæ  
cremorē, vsque ad febris iudiciū. hæc qui-  
dem in exquisitis tertianis seruanda sunt.

## COMMENT.

Exquisita febris tertiana, vt quæ ex syncera bi-  
le cōstat, calidissima ac siccissima est: ideo per il-  
lud primū principium, Contrariorum contraria  
sunt remedia, maxime refrigerari ac humectari  
desiderat: vt quod infestat, arceat: quod autē defi-  
cit, sarciat: hoc est vt sup̄uacancus calor, & siccitas  
abigat: deficiens humiditas, & frigiditas indu-  
cat. Refrigerari autē ac humectari potest, tum per  
se, immixtis qualitatibus contrarijs, tū ex acciden-  
te: summota quæ calfacit causa. Frigiditatē & hu-  
miditatē suggerunt, tum quæ foris admouentur,  
tū que intro sumuntur. Foris admouent balneæ

dulcis aquæ, & medicamenta frigida & humida:  
quale est ceratum Galeni: intro sumuntur, cibus,  
potus, & aer inspiratus. Itaq; in exquisitis tertia-  
nis vtiliter adhibentur atriplex, blitum, lactuca,  
rumex, malua, & id genus olera, quæ etli malum  
generāt succum, quia tamen refrigerant, & hume-  
ctant, exquisitis tertianis cōueniunt: quæ admodū  
& fructus mollioris corticis, quos greci oporas,  
latini poma appellāt, modo facile cōcoquantur,  
qualia sunt cerasa, pruna, mora. Inter olera tamen  
lactuca succū minus malū gignit: post hanc mal-  
ua: post quam atriplex, blitum & rumex. Cucur-  
bita autē ex fructibus quos greci παριους vocant  
damnanda, inquit Galenus, non est: sed si cruda  
estur, insuauis est, & stomacho pernitiōsa. Refri-  
gerat item & humectat ptissanæ cremor, sorbitio  
ex alica: saxatiles pisces præter id quod refrigerāt  
& humectāt, boni sunt succi, ac facile cōcoquan-  
tur: aues vero mollioris carnis, quales sunt galli-  
næci, perdices, colūbe, & passeris iuniores, pha-  
siani, & similes facile cōcoquantur, & bonū suc-  
cum gignunt, minimeq; febrem augment. Quod si  
tales nō inueniant, aliarum alæ, que ob exercita-  
tionem excrementis vacāt. Et gallorū gallinaceo-  
rum testiculi: qui soli, inquit Gale. cōmendantur:  
aliorū ferè omnium testes vitiosum succū gene-  
rant, & egre cōcoquantur: pedes suilli excremen-  
tis vacāt, quia exercitati. Cerebrū vero si rite co-  
quatur, probe alit: alioqui crassum succum ac su-  
peruacuum gignit, maleq; à stomacho conficitur.  
Quemadmodū porcellorum carnes, nisi coctura  
dūtauerint, confici à stomacho facile non pos-

Tertianæ  
exquisitæ vi-  
ctus ratio  
curatioq;

Oporas.  
Poma.

sunt: præterea succū glutinosum, mucosumq; generant. Oua gallinarū recentia, sorbilia, id est que ratū modo incalescunt, facillime concoquantur, præsertim eorū lutea: ea enim mediocriter refrigerant, vt testis est Gal. & Paulus. A melle vero, vt quod in bilem facile vertatur, sinapi, balsamentis, & oībus succum acrem gignētib; abstīnēdum est: & à vinis vetustis naturaq; calidis: quia febrē augent. Hæc quidē victus ratio multorū est, non quidem oīum. Nam qui durā vitam agunt, robustiq; sunt, solo ptisanæ cremore ad morbi vsque iudiciū cōtenti sunt: cum ad id vsq; tēpus vires sufficere valeāt, & hi tenuem victū ferre possint. In potu vero aqua frigida dāda est: quæ etiā perpetuo cōuenit tertianæ, nō tamen perpetuo adhibenda est: sed tantū vbi signa cōctionis apparēt. Aer frigidus et humidus, si fieri potest oīno inspīretur: recta enim ad pulmonem, à quo statim ad cor, vbi potissimū calor urget, fertur: corq; tum qualitate, tum substantia refrigerat, ac humectat sine vllō corporis incommodo: neq; enim cutis meatus claudit: proinde nec perspirationē impedit. Aeger igitur in domibus collocādus est frigidis, ac perflatis, versisq; ad arcturū: quales si nauticisci nō possumus, aer arte refrigerandus est, aqua pergelida de vasis in vasa trāsusa, vel assidue domo aspersa, rosissq; uel vitū pampinīs, uel stirpibus vim refrigerandi habētibus, humi fusis. Talis enim aer si inspīretur vt dixi, cor cōmodissime refrigerabit. Si vero extrinsecus corpori accedit, lædit cutē densando, ac stringendo: sed minor est noxa, q̄ ex inspīratu utilitas: præsertim cum, vt

Galenus ait, cutē operimentis calfacere possis. Accenda quoq; turba à domo est, vt que habitu calfaciat. Possunt vero, vbi calor vehemēter urget, refrigerantia medicamēta, quale est ceratū Galeni, & herbarū succi, aliaq; id genus medicamēta, foris admoueri, ei præsertim parti, quæ plurimū incaluerit: vt per has febres solet os uētris, pectus & hypochondria. Balnea autē dulcis aquæ calida duplici nomine profunt: tum q; foris materiā febris euocēt, tū q; sua qualitate corpus humectēt, & refrigerēt: quod maxime tertiana exquisita exposcit. Refrigerant quidē potentia, si immisso intro madore calido, deinde spatio tēporis ad naturam frigiditatem redacto. Summouetur autē causa que febrē attulit, vacationibus: vomitione quidē si ad stomachū bilis confluat: per aluum, si deorsum vergat. Quod enim natura vergit, eo ducere oportet. Vomitiones vero eliciuntur maxime accessionis initio, vt author est Gal. libro cui titulus est, Quosnā purgare oportet, quibus medicamentis & quādo. Nam eo tempore natura illuc bilem protrudere solet: quæadmodū in remissione ad infernas partes, aut ad cutē. Igitur per id tēpus indēdi sunt clysteres molles, tum q; facile bilis educatur, tum q; eius acrimonia, quæ intestina mordet, clysteris lenitate frangatur. Molles enim vocat Galenus, qui ab acribus distinguuntur, nō vt vulgus putat remolliētes. Per vrinas quoq; et sudores bilis exigēda est: præsertim si illuc natura fertur: qd̄ probe fiet medicamētis, quæ vrinam cient, nō omnibus, sed que citra exiccationem id p̄stare possint: vt est anethū & apium. Quare ab

Balnei dolcis aq̄ vis.

Vomitio.

Clyster.

Vrinę mouende rō.

Sanguinis  
missio, ve  
hemensq;  
purgatio i  
tertianis ex  
quisitis pa  
rō pbant  
Galeno.

Natura iu  
uanda.

Bilis cōmo  
da vacua  
tio que.

sinthium non tuto ante concoctionis signa exhibendum est, ut quod nimis siccet, & astringat. Bilem vero ex vītre per aluum purgat, ex venis vero per vrinas: vim enim etiā detergendi obtinet. Eadem rōne balnea ex aquis marinis, salis, nitrosi, & sulphureosis, vitāda sunt: q̄ exiccando plus obfint, q̄ vacuādo profint. Cōtraria vero qualitas qualitati, que p̄ter naturā excedit, perpetuo obijcienda est: tanq̄ id longe commodius sit, q̄ quouis modo vacuare. Ex quibus verbis liquet partū Galeno placere vacuationes: maximeq; eā, que sanguinis missione fit: & que vehemēter purgante medicamēto: cum id genus purgantia oīa sint facultate calida. Hæc autē febris calidissima oīum est: ideo potius refrigerari ac humectari desiderat, q̄ vehemēter purgari. Alias autē vacuationes magis permittere videtur: præsertim vbi humorem natura expellere tentat, aut ad ventrē, aut infernas partes, aut per vrinas, aut sudores. Iuuanda enim natura est, vbi ex se sola opus perficere non pōt: idq; quoad fieri poterit, lenibus medicamentis, qualia sunt q̄ prius exposuimus. Quod autē sanguinis missio ac vehemens purgatio necessaria nō sit, vel ex eo cōstat, q̄ qui exquisita tertiana laborat, pauci sanguinis, eiusq; bilioli est: ideo potius refrigerari & humectari, q̄ vacuari debet. Adde q̄ eger calidus & siccus est, labores, & alię causæ calfacientes, siccantesq; præcesserunt, vti prius monstratū est. Cōmode autē vacuatur bilis insensibili transpiratione, vel vomitione, vel sudoribus & vrinis, quo. s. natura hanc impulerit: q̄ cum per se perficere nō potest, tunc medicamētis

eam iuuamus, vti prius dictū est. Cōmodissima autē ea vacuatio est, que per aluum fit, q̄ minorum molestia, tum periculo per eam partē educitur. Vomitus enim molestus est, & sudores nō sine obstructiōis periculo ante coctiōis signa euocari possunt: quemadmodū nec vrinae eijci: molles vero clysteres neque periculum augendæ febris, neque molestiam ægroto afferunt.

## T E X.

Maxime vero in his q̄ exquisitę nō sunt, tertianis, quoad fieri potest, prospiciendum est ne morbus increseat, deicianturq; vires, quas conflictare diutius oportet: vtrunque enim tenere difficile est: q̄ inedia, quantum ad morbi coctiōnē prodest, tātum vel plus etiā vires offendit: cibi uero, quātū ad ægroantis vires cōferunt, tātum coctiōnē impediunt. Sed & hic noscendum est, ad quā magnitudinē morbus peruenturus sit & quantum laborantis vires sint duraturæ: vt ea perspiciēdo, quæ maiori auxiliō egent, cibi abstinentia quidē, ubi ualentiores sunt vires, & morbus coctu difficilis, cōsidentius vtaris: vbi uero imbecillior virtus, & morbus nō omnino coctiōni contumax est, largiori cibo. hæc quidē & in oībus alijs morbis consideranda sunt. Neque uero statim per initia in spuris lauare salubre est: sed ubi primum coctiōis signa apparuerint. Neque quotidie cibare oportet: sed alternis diebus abun-

de fuerit. Quies autē, & præcordiorū fortis iuuat, & sorbitiones, quæ facilem admittant coctionem. Clysteres quoque nō admodū molles aluo indātur. Quod si sanguinis mifione opus sit, neque ea omittēda est, sed in iatio statim, distinctis ijs, quas nosti, rebus, rā- tum detrahes, quantū satis esse in presentia uideatur. Tota uero ratio uictus sit, nō quæ ut in exquisita tertiana, refrigeret, & hume- ctet: sed quæ uim aliquam incidēdi, & calfa- ciendi assumat. His igitur maxime prodest ptissanæ succus, cui iniectū piper sit: aut nō- nunquam etiā hyssopum, & origanum, & nardi spicam in aquā mulsam iniecta, & si- mul cocta potui dato, aliæq; quæ ciēde uri- næ uim habēt, nisi ea uehemēter calfaciant, exiccantq;. Frequētissime uero absinthij co- ma, maxime post septimū diem danda est. mulsam acetū etiā multis in potu pfuit: & aliquod ex ijs quæ blādæ purgant, quibus nos sæpe uti uidisti. Vomitus autē post cibū adeo sane utilis est illis quibus hæc febris in- ue terauerit, ut multos norim statim post uo- mitiones a febre prorsus esse liberatos.

## COMMENT.

Ut morbi et virium quantitatē difficile est in- uenire, sic maximum ad curationē habet momen- tum: nisi enim hāc nouerimus, neq; uictus ratio- nem præscribere, neq; cōuenientiā medicamenta in- stituere poterimus. Aliā enim longus morbus,

aliā breuis, tum uiuēdi, tum medēdi rationem, desiderat: quæadmodum virtutis robur aliā, aliā eius imbecillitas. Itaq; quāritas horū cognoscen- da est, ut recte tum medicamēta, tum uictus in- stitui possit. In qua re si delinquimus, morbū au- gemus, & vires demolimur. Nisi enim opportu- ne medicamētum adhibeat, naturā reddit imbe- cilliolem. Quæadmodum incommode imperata inedia viribus obest, quia substantiam corporis demolitur. Verum cōcoquendæ morbi materiæ prodest. Cibus uero robur quidē auget: sed mor- bi cōcoctionem remoratur. Augent enim vires, aut quia naturæ substantia reparatur, aut quia ad suā tēperiem reducit: reparatur autē, spiritus quidē aere, humor potu. & solida substātia cibo. Igitur in febre, cum præcipue spūs & humor resoluant, hos resarcire oportet: spiritum quidē aeris in spi- ratu, humorē uictu humido, qui febribus oibus perpetuo cōfert, tum substātiæ, tum qualitatis ra- tione. Itaq; sorbitiones coctu faciles, quales sunt ex alica, & ptissana, utiles sunt. Reducit natura ad suam tēperiem per cōtrarias qualitates. Vbi igitur vires robustę sunt, & morbus coctioni cōtumax est, audacter inedia imperāda est: quoniā virium demolitio nō timetur, & materię morbi cōtuma- cia maxime cōcoquitur. Vbi uero imbecilliores sunt, affectus uero nō admodū coctioni reluctat, liberalius eger est: cibādus, quādo vires resarciri postulat: Resarciuntur autē, ut dixi cibo: Et mor- bus cum facile cōcoqui possit, haud ita inediā re- quirat. Quomodo autē virium & morbi quan- titas inueniri possit, supra exposiit: est: quæadmo-

Virium au-  
gdap: rō

Victus hu-  
midus om-  
nib; febr-  
bus perpe-  
tuo cōfert.  
Nā quō ad  
suam redu-  
catur tem-  
periem.

Spuriū fe-  
briū victus  
ratio & cu-  
ratio.

dum & spuriarum tertianarum discrimina. Nam  
quasdam maxime esse tales diximus, quasdam mi-  
nus: sed ad exquisitā tertianā alias alijs magis ac-  
cedere, & à maxime spuria recedere. Igit̃ victus  
ratio alijs alia instituenda est. Summe enim spur-  
riæ, quæq; ad has magis accedunt, minus hume-  
ctari & refrigerari volunt: sed quæ exquisitis vi-  
ciniore sunt, magis, sed non tantū vt vere tertianæ:  
verum quò propius ad has accedunt, eo plus  
refrigerari ac humectari volunt. Itaq; calfaciēdi  
modus ex horū extremorū distātia sumendus est.  
Igitur pristinæ cremor, cui adiectum piper sit, &  
mulsa in qua cōcoctum sit hysōpū, origanū, aut  
nardi spica, in potu danda est. Tantum autem ho-  
rum admisceri debet, quantum febris ad summe  
spuriā accedit. Ad eundē modum medicamenta,  
quæ vr̃ngēciendæ vim habēt, modo ne vehemen-  
ter calfaciāt & exiccent, vt iliter adhibent: & qui-  
dem absinthium, sed post septimum diē, vbi len-  
tam febris materiā cōmemoratis medicamentis,  
aut aceto mulso incidetis: nam multos iuuat ace-  
tum mulsum, incidendi humoris glutinosi vi, ac  
delendæ obstructionis. Absinthium autē ante se-  
ptimum diem adhibitiū pituitā infarcit, augetq;  
obstructionē. Balnea vero ante concoctionis si-  
gna salutaria non sunt: quia ad cutem crudos hu-  
mores euocant, intus coquendos, obstructioneq;  
augent. Neq; salubre est quotidie cibare, nisi vi-  
rium imbecillitas, aut aliud quippiā id sua deat:  
sed tantum alternis diebus. Cum. n. harum febrū  
accessiones longe sint, & natura circa has occupa-  
tur, ea à suo munere auocāda non est. Sed nec, vbi  
materia

materia cōcoctioni cōtumax est, & vires valent,  
liberaliter est alendum, vt modo dicebamus. hac  
ratione corpus exercendum nō est: quādo motus  
naturā foras euocat, quæ intus crudam materiam  
concoquere debet: sed potius forū iuuanda, prefer-  
tim circa hypochōdria, in quibus maxime abun-  
dat cruditas: clysteribus vero non admodū mol-  
libus sed acrioribus, vt inertē materiam euocent,  
vacuatio molliēda est. Sanguinis quoq; per initia  
tantum detrahi debet, quātum presens status effla-  
gitat. Statum presentem intelligo, tum ægri, tum  
morbi. Aeger enim si valet, sanguinis missionem  
admittit: sin minus, respuit. Si morbus ex magna  
humorū copia constat, missionē sanguinis expo-  
scit, non quidem mediocrem, sed pro eius copia.  
Verum quādo diu duraturus est morbus ob cru-  
ditatē, mediocriter ducendus est; vt in finē mor-  
bi vires seruentur. Nam si quantū affectus deside-  
rat, detraheretur, vires longo morbo profligādo  
vix sufficerēt. Itaq; Galenus ait. ἀλλ' ἐν τοῖς κατ'  
ἀρχᾶς, διορισθέντες ἐξ ἂν δι' ἀσθενείας, ἀποχρῆν ἀμα-  
τος ὁσοντοῖς ἀποῦσιν μέτρον, hoc est, initio sta-  
tim (distinctis his quas nosti, rebus) tantū sangui-  
nis detrahes, quātū in presentia cōmodū videbit̃.  
Initio enim mittēdus est, antequā vires labātur,  
ac adhibēde distinctiones, nēpe ætatis, temporis,  
regionis & aliorū id genus, quæ sanguinis missio-  
nē vel hortantur, vel dehortantur. Atq; tantum  
sanguinis detrahendū, quātū cōmodum esse vi-  
debit̃, & presentes vires permittunt, hoc est me-  
diocriter, & nō quantū affectus exposcit, propter  
causas prius declaratas: purgare quoque licet, sed

Purgantia  
blande,

Vomitus  
perquam  
utilis inue-  
teratis fe-  
bribus,

blandis medicamentis, & que solū ventrē, intesti-  
na, & primas venas, sine vehementia expurgent,  
non autē toto corpore trahant: quādo humoris  
cruditas purgāti medicamēto, vel fortī nō cedit.  
Itaq; ante cōcoctionē vehemēter purgātia danda  
nō sunt, vt recte monet Hippocrates: Concocta,  
inquit, medicari & mouere, nō cruda, nisi mate-  
ria turgear. Ceterū blāde purgāt, absinthiū, rhei  
barbaricū: casie atramentū, aloē, & id genus alia,  
quibus assidue huius ætatis medici vtuntur. Vo-  
mitus autē post cibum adeo utilis est. inueteratis  
febris, vt multi statim post vomitiones à fe-  
bre liberati fuerint: febris enim diuturnitas mul-  
ta in stomacho & hypochondrijs pituitosa excre-  
mēta parit, quibus vomitione reiectis à febre uindī-  
cant. Aldinū exemplar habet ὁ δὲ ἐν τοῖς ἀσθητικῶν  
ἐμμετρος, exemplar manu scriptū, Paulus et Aëtius  
legūt ὁ δὲ ἐν τοῖς σιτητικῶν, quod etiā ratio exigūt:  
cōmodius enim à cibo, q̄ inani stomacho uomit,  
scilicet humectatis cibo & potu, stomachi fibris.  
Siccę enim rūpēdi periculo magis sunt obnoxie.

## T E X.

Deinceps autē de quartanis differemus:  
quas per initia moderate, leniterq; tractare  
oportet: nullum vehemēs medicamētū aut  
vacuationē adhibentes, nisi sanguis admo-  
dum exuperare videat. Et si secta vena san-  
guis niger ac crassus, qualis maxime in lie-  
nosis cōspicitur, pfluat, audacter mittēdus  
est: sin flauus ac tenuis, statim suppressēdus.  
Secunda vero vel interna vel media sinistra

æubiti vena est, & victus deinceps, q̄ flatus  
sit expers, probumq; succum generet, adhī-  
beatur, vēterq; si fieri potest, cōsuetis emol-  
liatur, que si nō profecerint, clysteribus per  
initia quidem mollibus, postea vero acro-  
ribus sollicitandus est. A suilla autem carne  
cibisq; omnibus glutinosis & lentis, quicq;  
refrigerant & qui exiccant, arcēdi sunt egro-  
ti: vino verō albo, tenui, & mediocriter ca-  
lido vtant. Ex auiibus autē quæ boni succi  
sint, ac non palustres: ex piscibus qui facile  
coquātur, & molli minimeq; glutinosa sint  
carne, dare oportet. Salsamentis vero ac si-  
napi utendū est, & certis diebus interpositis  
medicamentū quod quia ex triplici confi-  
citur pipere δὲ τριπλῶν περιπριῶν dicitur, est su-  
mendū, aut diospoliticon: solumq; piper  
cum aqua recte quotidie præbebis. A fri-  
ctionibus vero, ambulationibus, balneis,  
alijsq; consuetis, penitus arcēdi non sunt.  
Verum, si a balneis omnino abstinere pos-  
sent, solis cōtenti frictionibus, plurimū iu-  
uarent. Et, si breuis quartana sit, minimeq;  
violenta, non male per accessionum inter-  
missiones ægroti ad solitas exercitatiōes sese  
conferent. Hæc quidem per initia vsque ad  
vigore peragenda sunt. Q; si in morbi vi-  
gore constitutus æger iam esse videatur, tūc  
tenuiori, quam ante vel post, victus ratione



*gignit*  
Vena hu-  
morē me-  
lancholicū  
vacuus,

Quartanę  
victus ra-  
tio,

peneq̄ sanguine destituti incōmodum auget. At  
vbi sanguis vehemēter abundat, uenā secare licet  
sinistri cubiti internā, vel mediā. Nam ea venā  
ex liene maxime, q̄ in febre quartana affici solet,  
vt prius ostensum est, vacuat humorē melācho-  
licū. Vbi igitur talis apparuerit, hoc est niger &  
crassus, large vacuādus est, nimirum à quo febrī  
materiā suggerit, huius igitur si copiam magnā  
extraxeris, natura reliquo humorī cōcoquendo su-  
perior euadet, febremq̄ breuiorē reddet. Si vero  
tenuis ac flauus appareat, statim est supprimen-  
dus: quando eiusmodi succus inutilis non est, sed  
crassum ac frigidum humorē, tum sua substantiā,  
tum qualitate emēdat. Victus flatuosus nō sit, bo-  
numq̄ gignat succum: vires enim, quæ diu dura-  
re debent, seruat & auget: & crassum sanguinē sua  
substantiā corrigit, hac ratione aues boni succi p̄-  
sunt, palustres insalubres sunt, q̄ & excrementis  
scatent, & crassum humorē gignunt, ægreq̄ cōco-  
quuntur, Pisces quoq̄ saxatiles boni succi sunt. Pa-  
lustres vero, lacustres, et qui in immundis ac tur-  
bidis aquis viuunt, excrementosi, ac mali succi.  
Flatuosus vero cibus, ventrē ac viscera flatu di-  
stendit, eorūq̄ functiones impedit. Vēter, si om-  
nino fieri potest, cōsuetis alimētis, vel puris vel  
medicamentosis emolliendus est, aut clysteribus  
primum mollioribus, deinde acrioribus: sensim  
enim augēda est eorū vis, put sensim febris mate-  
riā coquitur. Nā per initia, ut dictū est, leniter has  
febres tractare oportet. A suilla carne, glutinosi-  
s, lentis, & frigidis siccisq̄ cibus omnibus, arcendi  
sunt: vt q̄ et coctū difficiles sunt, & succū crassum

iiij

lentūq̄ gignāt. In exēplaribus græcis typis excu-  
sis & in Paulo Aegineta legit̄ καὶ τῶν ψυχόντων  
καὶ ὑπαινότων. Leonicensus vero legisse videt̄  
ψυχόντων καὶ ὑπαινότων: quę lectio magis mihi  
applaudit. Constat enim humida hęc febribus  
cōmoda esse, sicca vero incōmoda. Vīno albo,  
tenui, mediocriter calido, vtant̄. Eiusmodi vīnū  
sua tenuitate, crassitudinē humoris melancholicī  
extenuat: caloris mediocritate, corpus mediocri-  
ter calfacit humore melācholicō refrigeratū, co-  
ctiōnē iuuat & vrinas puocat. Crassum vero &  
calidum, humiditatē resoluit, crassum humorē gi-  
gnit, ac egre cōcoquitur. Salsamētis vero ac fina-  
pi in hęc febribus vtendū est, quatenus extenuāt  
crassos ac glutinosos succos, superuacuāq̄ humi-  
ditatē depascuntur. Cōstant autē salsamenta ex pi-  
sciū carne & sale. Solēt enim pisces, præcipue qui  
ex cremētis scatēt, sale macerari, ac in vsū repo-  
ni: quorum qui mollioris sunt carnis, facilius co-  
quuntur, succumq̄ minus crassum ac glutinosum  
pariūt: qui vero dura carne sunt præditi, quales ce-  
tacei sunt, humorē gignunt crassum: proinde mi-  
nus ex his q̄ illis salsamenta quartanis cōueniunt.  
Eadē ratione nec bubule, nec suillæ sale cōditę, sa-  
lubres sunt: præsertim vbi p̄ ætatē duræ euaserūt.  
Interpositis quibusdā diebus medicamētū quod  
διὰ τριῶν πεπλεγῶν dicitur, & dispoliticon, adhi-  
bendū est. Solū vero piper cū aqua quotidie. Pi-  
per cū triplex sit, opimū est longū, deinde albū  
& nigrū: calfacit enim, & flatuosi spiritus crassi-  
tudinē soluit, & quæ in præcordijs cōgesta cruda  
sunt, extenuat. Cum aqua vero humectat, medio-

loghiū  
moit

Salsamen-  
tum quid,

Piper tri-  
plex,

H iiij

Dispoli-  
ticon,

critercq; calfacit: ideo quotidie vti licet: dicitur spoli-  
ticon vero & διατριπιδων νενεπισων, eadem vim fere  
obtinēt: sed q̄a vehemēter calfaciūt, nō est quoti-  
dianus vsus salutaris, sed si interpositis quibusdā  
diebus, idq; inter accessiones, adhibeāt. Horū cō-  
ponendorū ratio, & vtilitas ex Galeni de Sanitate  
tuenda libro quarto petēda est. In vigore, tenuio-  
ri victu q̄ ante vel post vtendum est: quiescen-  
dumq; ne natura circa morbi materiam omnino  
occupata, à suo munere auocet. Deinde puiden-  
dum visceribus, q̄ distēdi solent tum viscosi, tum  
crassi humoris ac spiritus etiā flatulenti abundan-  
tia, quibus resolutis ac vacuatis emollescūt ac la-  
xant. Quenā emolliāt ac laxent, abunde in libris  
de facultatibus simplicium medicinarū tradit Ga-  
lenus. Postea diureticis euocādē urīnē sunt. Quo-  
niā diuretica calida sunt, ideo non ante sunt adhi-  
bēda, q̄ viscera ab obstructione sint libera: ne se-  
cum humores rapiant, obstructionēq; augeāt. Et  
si coctionis notā apparuerint, subinde sunt pur-  
gādi his medicamentis, quæ atrā bilem educant:  
semel enim ea educi nō potest, quādo tam vehe-  
mens medicamentū, quod totū hunc humorē tra-  
ctū cōtumacē semel purget, corpus sustinere nō  
potest. A cibo vero vomitus est ciendus veratro  
albo, primū cum raphanide, deinde per se: cuius  
vtendi modū docet Paulus libro 7. A leuioribus  
enim molīēda curatio est. Qui vero vomere ne-  
queunt, vehemētius per inferiora purgandi sunt.  
Cū enim atra bilis & ad cutē tēdar & stomachū,  
in uenisq; ac visceribus, presertim liene, abundet,  
diuersos idcirco purgandi modos ac partes, qui-

bus repurgari possit, docet: nempe cutem frictio-  
nibus, stomachum vomitionibus, venas per vri-  
nas, purgationibus per aluum. Neq; enim facile  
cum pigra ad motū bilis sit, longinquo ad ven-  
trem trahi potest: quēadmodum biliosus et sero-  
sus humor, qui facile trahēti medicamento parer-  
et. Verum cum non oēs ad vomitū sint idonei, qua-  
les qui presso angustiq; sunt pectore, quicq; vo-  
mere non cōsueuerunt, supplendū per inferiorem  
ventrem est, qd̄ per vomitiones est negatū. Ideo  
vehementi medicamento est opus, qd̄ humorem  
deorsum ducat. Idq; maxime apparentibus co-  
ctionis signis, immo vero, vt vere dicā, atra bi-  
lis, vt Gal. docet, semper deorsum est educenda:  
nisi vt dictum est aliō feratur. Nam quō natura  
vergit, eō deducere oportet. Post vehementē pur-  
gationem, medicamentū, quod ex viperis cōstat  
(theriacen vocāt) adhibendū est. Huius antidoti  
vires & cōpositionē, habes libro Galeni de An-  
tidotis primo. Alia id genus medicamēta, quale  
est, quod ex liquore cyrenaico constat, adhiberi  
possunt, sed vbi coctionis signa apparēt: alioqui  
enim sua caliditate febrē auerent. Medicamētū,  
quod ex liquore cyrenaico conficitur, capit suc-  
ci cyrenaici, myrrhē troglodyticę, piperis, equa-  
les portiones: seorsum trita rutæ succo colligun-  
tur, in pillulasq; finguntur, danē oboli pōdere.

T E X .

Incuranda autem quotidiana primis die-  
bus tum aceto mulso, tū his quæ probe vri-  
nam cieant est vtēdum; ac in summa victus

Atra, bilis  
semp deor-  
sum edu-  
cenda, nisi  
aliō ferat̄,

Cyrenaicū  
medicamē-  
tum,

ratio incidendi vi prædita esse debet. Circa statū vero de vētre, maximeq; eius ore sollicitum esse oportet: posteaq; iubere, vt a raphanide, & cibus assumptis, æger vomat: hisq; vtatur medicamentis, quæ pituitam eliciant. Reliquam vero victus rationem ex communibus scopis facile inuenies.

## COMMENT.

Μετὰ τὰς πρώτας ἡμέρας, id est, vt Leonice-  
nus vertit, post primos dies: quod quid significet  
ingenue me ignorare fateor: neq; enim an duos,  
tres pluresue dies, an totū morbi principium intel-  
ligere velit, satis constat: neq; si aut hoc aut illud  
dicere velit, certum sit, nō video cur hæc diebus  
acetum multum adhiberi nō possit, cum tūc len-  
ta uiscosaq; pituita corpus scateat. Propterea Pau-  
lum Aeginetā secuti lib. 2. cap. 24. legēdum puta-  
mus, θέρα πένοντες δὲ ἀμφιμερινὸν ὄξυμελίτι χυμῶ  
μεθὰ κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας, errorq; forte scri-  
ptoris, aut alterius deprauatam fuisse lectionem.  
Primos itaq; dies, totū id tempus esse putamus,  
quo cruditaris signa apparent. Huic sententiæ Au-  
cenna (si qua est eius apud doctos authoritas) alii  
pulsatur lib. 4. Fen prima, tractatu secūdo de cura  
phlegmaticæ, his verbis: Et omnes eius species  
(pituitosæ febris species intelligit) in hora princi-  
pij in tribus diebus cōmunicant. In necessitate le-  
nificationis equalis aut vomitus, & in necessitate  
administrationis subtiliarium, & incidentium &  
diureticorum &c. Cum enim hæc febris non ad-  
dum calida sit, vti exquisita tertiana, ad eius cau-

Aucenna

Febris quo  
tidiana cōg

tas, non ad ipsam febrē consilium dirigit. Cause  
sunt Pituita lenta putrescēs, quæ febrim procreat,  
& obstructio, quæ putredinē parit. Igit per initia  
& obstructio, quæ putredinē parit. Igit per initia  
Pituita incidēda est, & meatus obstructi, detergē-  
di. Quocirca incidens victus pdest, & acetū mul-  
sum, quod strenue detergit, glutinosa incidit, &  
meatus ab obstructione liberat. deinde dissecta  
materia, & liberatis ab obstructione meatibus,  
vrina cienda est: vt pituita per expeditos meatus  
purgetur: quā ante purgare non licebat, tum q; pi-  
gra ad motum esset, tum q; obstructionem auxili-  
set. Circa statū vero, de vētre maximeq; eius ore  
habenda est sollicitudo, tum q; aceti multū usu in-  
iuriam aliquā accepit, tum q; in quotidiana pitui-  
ta stomacho obherere solet: itaq; illi prouidendū  
est his, quæ foris admota robur inserāt: cuiusmo-  
di sunt, mastiche, nardus, absinthium, & alia id ge-  
nus. Postea vero cōfirmato ventre, vomitus im-  
perandus est: primo sumpta raphanide, deinde ci-  
bis: presumpsa enim hæc cibū subleuat, pindeq;  
vomitionē reddit faciliorem. Post quā medica-  
mentis quæ pituitā eliciāt, vtendum est: tūc enim  
opportune pituita purgatur, scilicet concoctionē  
experta. reliqua vero victus rōnem ex cōmuni-  
bus scopis inuenies. Cōmunes scopi ex viribus,  
morbi tēporibus, causis, & symptomatis, petun-  
tur. Quotidianā aut, quemadmodum & alias lon-  
gas febres sequunt, hypochōdriorū & stomachi  
cruditas, inflatio, ac tensio. Vires igitur, & morbi  
tēpa, cibi quantitatē: causæ vero ac symptomata,  
qualitatē prescribunt. Nam si valida virtus sit ad  
morbū, eius causas, & symptomata attendendum

Quotidia-  
næ acciden-  
tia.

est. Sin imbecilla, huius potius, q̄ illorū habēda ratio est, quemadmodum per initia vberior, in statu vero parcius cibus adhibendus est. Et vbi materia cruda est, & obstructio ingens, uisceraq; distenta, incidentibus cibus est utendum.

## T E X.

In febribus aut̄ continuis, quibus morbi vigor nō longius septimo futurus est, & vires validæ sunt, ætasq; consentit, exquisitus oīno, & tenuis victus institutus est. In quibus vero longius septimo totius morbi status erit, aut virtus imbecilla est, p̄ initia quidem liberalius, instante vero statu parcius, vigente aut̄ morbo tenuissime cibare oportet. Postea rursus semper vberius, eodē modo cibum augēdo, quo ante statum minuebatur. Sanguis vero, & ob morbi magnitudinē, & quibus rubor maior quā naturę cōueniat inest, & uniuersum corpus plus solito tumet, aut venę eminentes ac distētę sunt, mittendus est: nisi vires, ætas, & alia, quę initio cōmemorata sunt, prohibeāt. Quod vero humidus victus acutis oībus febribus cōferat, olim recte dictum est. Cremor igitur ptissanæ, in quibus non acescit, adhibendus est: & mulsæ quidē in bilem nō vertitur, sorbitioesq; ex alica, & panis ex aqua, aliq; quæ aut eandem, aut huic proximā facultatem obtineant. Quod si vehementer calidæ sint, deurantq; febres, vbi primū coctionis

notæ apparuerint, cum fiducia danda in potu frigida est: cuius modū ex tēpore, regione, ætate, natura, & cōsuetudine metimur. Hæc quidem in summa est curandarum februm, quæ accidentibus carent, ratio.

## C O M M E N T.

Exquisitum, tenuemq; victum dixit, vt simul doceret iustam cibi tum qualitatem, tum quantitatem, morbo viribusq; conuenientem. Humidus enim & frigidus, excrementorumq; expers, & tenuis, febribus acutis prodest. Tenuis vires cōmittit, eatenus tamen, vt nō exoluantur, sed ad morbi finē durare possint: qualis est ptissanę cremor, mulsæ & sorbitio ex alica. Plenus, qui nō solum eas cōseruat: sed & plerūq; auget. Mediocris, qui tantum cōseruat, aut multum labi nō sinit. Itaq; victus, quo morbus acutior est, celeriusq; ad vigorem properat, eo tenuior esse debet. Liberalior vero, quo tardior. Nam vbi morbus peracutus est, celeriter cōsistit, statim extremos habet labores, id est accessiones vel symptomata: p̄inde tenuissimo victu utendum est: permittēda enim natura est vacare circa morbi concoctionē: non autem ad cibos cōficiendos auocanda, modo id liceat per vires, & etatem egrotantis. Vires enim, si validæ sunt, cibi abstinentiā vel tenuissimum victum permittunt: etas aut̄, si cōsistit, eiusmodi victus rōnem sustinet. Si in puerilis, largiorē efflagitat: quoniā ob corporis mollitudinem, substantiā virium resolutur: ideoq; magis refici debet. Eadem ratione, & qui rara sunt texture, minus fe-

Varia vi-  
sus ratio,  
pro varijs  
affectuum  
generibus

runt extremam victus rationem. At si morbus minus sit acutus, feriusq; ad vigorem peruenturus, tanto liberalior cibus adhibendus est, quanto tardius vigor morbus est adepturus. Igitur ubi morbus longus est, & vires imbecilla, etasq; incommoda, vberiori cibo uti oportet. Ad eundem modum morborum tempora, victus rationem variat. In principio enim largior victus adhiberi debet: instante statu parcius: in ipso autem vigore tenuissimus: atq; vt semel dicam, quo propius ad statum acceditur, eo tenuior esse debet. Nam in principio minores sunt labores, minusq; occupata natura est: eam ob rem minori incommodo a coquendo morbo, ad cibum efficiendum auocari potest. Contra accidit in vigore, ubi accidentia maxime urgent. Post vigorem autem, natura circa morbi concoctionem non amplius uersante, pleniori cibo semper utendum est, vt vires non solum conseruentur, sed & augeantur, eo modo, quo ante statum minuebantur: nam sensim lapsas vires, non affatim rescicere oportet: tantum enim tunc alimentum concoqui non potest, quanto corpus indiget. Itaque paulatim cibus augendus, vt paulatim vires resarciantur: rescici autem debet ad morbi materiae expulsionem. Sanguis vero & ob morbi magnitudinem, & in quibus est rubor praeter naturam, vniuersumq; corpus plus solito tumet, aut venae eminentes distent, appaerent, mittendus est: nisi vires, etas, & id genus alia prohibeant: magnitudinem morbi, vehementiam uocat: quae ex propria eius constitutione, specieq; & symptomatis deprehenditur. Symptomata autem duplicia sunt: quaedam enim actionis laesiones sunt, de-

ly anu  
obm sub  
suy or  
mufobis  
dehans

Sanguis qm  
mittendus.

Sympto-  
mata du-  
plicia,

quibus mox differetur. Alia solum affectiones, quae morbum consequuntur, vt sitis, inquietudo, & alia id genus, quae si multa, diuturna, valida ac magna sunt, uehementem esse febrem testantur: si uero pauca, breuia, imbecilla, ac simplicia, mitiorem. Rubor & tumor corporis praeter naturam, uenarumq; distentio, sanguinis abundantiam indicant. Magnitudo uero morbi ac uehementia, malam qualitatem. Itaque prodest uene sectio, ut quae cum multitudine, tum prauitate humoris uacuat. Vacuatio autem uiribus respondere debet. Imbecillitas enim uirtutis, quaedam modum & etas puerilis, habitudo corporis nimis aut extenuata aut obesa, profusum sanguinis per quamcumque corporis partem, alia uacuatio insignis, humorum cruditas, tum in stomacho, tum reliquo corpore, aliaq; id genus uacuationem dissuadent. Quod autem uictus humidus, acutus omnibus febribus conferat, pridem recte dictum est. Victus, inquit Hippocrates, humidus omnibus febricitantibus prodest: quoniam eiusmodi affectus calidus, & siccus est. At non ob id solum, quod humectat, conferat: sed quia facillime concoquitur, ut in libro de Optima secta scribit Galenus. Nam si, quae concoquitur, primum liquari, deinde distribui in corpus debet: egrotus uero cibum facillime concoctionis desiderat: (facillime autem liquat ac distribuitur, quod humidum est) eiusmodi uictus omnibus febricitantibus utilis est. Igitur cremorem prillanq; quibus non acescit, & mulsam, quibus in bile non uertitur, dare oportet, & sorbitiões ex alica, & panis ex aqua, ut ex quo sal & fermentum eluui sit, & id genus alia, quae humectandi vim habent. Quidam

Vacuatio  
uiribus re-  
spondere de-  
bet.  
Vacuatio-  
ne, quae dis-  
suadeant.

Aqua fe-  
bri qua fe-  
bris est p-  
petuo con-  
uenit,

si vehementer calidæ sint, deurantq; febres, ubi primum coctionis notæ apparuerint, cū fiducia danda in potu frigida est, quantum ætas, tempus, regio, natura, & cōsuetudo, permittunt. Perpetuo enim febrī, qua febris est, conuenit: quia refrigērat, & humēciat, uti prius dictum est.

## T E X.

Quæ uero cum symptomatis sunt febres, haud ita simpliciter curantur: sed, quoad fieri potest, expendere oportet, quanta febris sit, quātumq; symptoma, quod periculum afferat, ac horū uehementiori, molestioriq; insistentium: non neglecto tamen oīno altero. Age igitur febricitet quispiā citra humorum plenitudinem, sed cum recēti cruditate os ventris mordente, prementeq; reiecerit uomitione humorē aliquem uitiosum, qui in transitu ita uehementer egrotū læserit, ut moleste anxieq; ferat. Solamne multitudinem ad febrem tum respiciētes uacuare tentabimus, quod citra molestiam alioqui faceremus: An prius ori ventris prospiciemus, ac postea ubi recte id habuerit, uniuersum corpus, quantum res ipsa exposcit, uacuabimus: Mihi sane ita uidetur. Tales igitur non paucos sæpe uidimus, alios quidem interisse, alios uero in summum periculum fuisse adactos: cum eos uacuare, uentris ore nondum confirmato, medici tentassent.

Commen.

## C O M M E N T.

Symptoma aliud affectio quædā est, morbum sequēs, ut modo dicebatur: Aliud vires lædit, & morbū auget. Prius medēdi rationē nō immutat: estq; affectus curādi nota, ut pulsus inæqualitas, calor præter naturā, sitis, inquietudo, & id genus alia quæ affectū pdunt. Posterius uero, quia rōnē causæ obtinet, si qdem graue est, curationē interpellat. Vires enim demolitur, ac morbum auget: qualis est ventriculi affectus, excretiones immo- dice, & alia quæ in sequētibus tractabunt. Igitur uidentū est, quanta sit febris, & quātū est symptoma quod periculū afferat, & vrgentiori succurrendū. Finge igitur aliquē febricitare citra plenitudinē, id est humorum plenitudinē, sed tamē cum recēti cruditate os ventris mordente, vomatq; humorē aliquem, qui in transitu grauem egroto afferat molestiam. Dico prius ventri, q̄ humoris febrē procreantis, multitudinē succurrendū esse: quam si vacuare tentes, siue purgante medicamēto, siue sanguinis detractiōne, affectum stomachi augebis, inhabilemque reddes ad cibi concoctionem: quæ ad vires tuēdas necessaria est: detracto enim sanguine, naturali calore vter destituetur, proindeq; nec cibum conficiet: nec quæ continet humorem crudum, probe concoquet. Quod si purgare corpus tentes, & humoris in stomacho multitudinem augebis, & virtutem prosterne: ita ut pro noxæ magnitudine, alij intereant, alij in graue aliquod periculum labantur. Igitur stomacho prius consulendum est, quàm febris materia vacuanda.

Sympto-  
matis di-  
uisio.  
Sympto-  
mata esse  
dictum pro-  
dentia.  
Sympto-  
mata rōnē  
causæ obui-  
nentia.

Hypothesis  
de febrici-  
tante cum  
symptoma-  
te.

Gal.

I

**T E X.**  
Sed nec, si cum alui profluuiū febris accesserit, alia vacuatione est opus. Verū ipsum per se sufficit, etiam si nō sit pro multitudinis ratione. Quicumque enim ab ijs, tanquā maiori inanitione egentibus, vel sanguinē ducere, vel ventrē mouere ausi sunt, in grauiā pericula præcipitarunt.

**COMMENT.**

Si ventris profluuium, id est diarrhœa, febricitantem occupet, alia vacuatione opus non est: quod id omnem corporis redundantiam vacuare solet. Itaq; ipsum ex se sufficit, etiam si minus sit quā pro multitudinis ratione. Timendum enim est, ne si iam incitatum ventrem medicamentis moueas, naturam ita prorites, vt postea eius impetum cohibere, aut vix, aut nullo modo possis: vnde et syncope, & mors sequutura sit: aut si venam feces, vires fluxu aut iam quadam tenus labefactata, aut prope vt labefactent, in totum pereant.

**T E X.**

Neq; vero, si quis conuulsus sit, si multq; sanguinis missione egeat, huic semel omnino tantū detrahes, quantum affectus exigit: sed & aliquid symptomati est relinquendum, quod plerūq; sudores mouet, vigilias affert, & robur deijcit ægrotantis.

**COMMENT.**

Conuulsio fit, reductis ad suam originem nervis vel musculis: quod accidit aut inanitione, aut

Conuulsio  
quomodo  
fiat,

siccitate, aut repletione. De postrema autem, nostra nunc est disputatio: quæ in corpore & eius partibus fit, vt cum vultus peruertitur, singultu stomachus infestatur, interdum crus, interdum altera corporis pars, interdū corpus ipsum. Hæc enim conuulsio, multitudinem humorum indicat: quæ vacuatione eget. Sed quoniā cerebrum affectus cōmunicatione lædit sudores mouet, vigilias affert, roburq; ægrotantis deijcit: vnde vitæ periculum sepe imminet. Ideo non semel tantum vacuandum est, quantum febris exigit: sed ad virium tutelam aliquid reponendum est: quod postea remisso accidente, tutò auferri poterit.

Vacuandī  
ratio in cō  
uulsis,

**T E X.**

Ad eundē autē modum si vehemens vigilia dolorq; grauis ægrotum infestet, subitas, ac multas vacationes vitare oportet.

**COMMENT.**

Vehemētes tum vigilis, tū dolor, vires demouent: transmissis ad doloris locum, & per vigilias ad cerebrū, spiritibus: vbi resoluuntur, vt prius ostensum est, & mox fusius dicetur. Vnde his instantibus, ab integra vacuatōe est temperandum.

Vacuandī  
ratio in ve  
hemētib;  
vigilijs &  
doloribus,

**T E X.**

Aeris vero ambiētis tēperies, cum omnino calida & sicca est (qualis inter canis & Arcturi exortū) symptomatis loco habēda est. Quocirca omnes, quibus medici neglecta temporū ratione venā secare ausi sunt, perierunt. Ad eundē modum, si vehemēter admodum frigida sit, nā tum quoq; a san-

guinis missione est temperandum: quando in talibus nō parua sequi pericula videmus. Etenim in calidis vehementer aeris constitutionibus, improbe vacuati syncope, vt vocant, ac resolutione intereūt. At in frigidis, per accessionum initia vehementer refrigerati nō amplius releuantur. Igitur neque in calidis, neq; in frigidis supra modum regionibus, sanguinē mittere audemus. Quod si regioni temporis conditio respondet, omnino abstinemus, at si non consentit, uacuumus quidem, sed longe minus, quam si neutrum vetaret. Quinetiam velut symptoma quoddam ad suscipiendā affectionem procliuitas consideranda est. Multi enim nunquam euacuati fuerunt, neque vllā plenior rem uacuationem, neque longiorē inediā ferunt: vt quæ alijs omnes corporis vires facile deiciant: alijs statim os vētris adeo male afficiant, vt a cibis abhorreant: & si assumere cogantur, aut non contineāt, aut improbe coquant. In hac dignotionis parte, expendenda est ægri tēperies. Natura enim calidi & sicci omnes ab integra vacuatione prompte læduntur. Consuetudo quoq; non parū habet momenti, cum ad alia omnia, tum maxime ad vacuationis indicationem. Alij enim nunquā sunt vacuationem ante experti: neque integram pertulerunt: largoque cibo vsi sunt. Alij contra, amplo

cibo nec vtūtur, & vacuationibus sunt affucti. Hos igitur intrepide vacuare oportet, modo reliqua cōsentiant. Alios vero, nempe insolitos, non item: etiam si reliqua omnia fudeant.

## COMMENT.

Aeris cōditio, ægri tēperies, & habitudo, consuetudo & etas, vice symptomatū habentur, non quod morbos sequatur, sed quia curationē, curationisq; modum immutant. Aeris enim conditio & regio vehemēter calidæ sicæq; plenam vacuationē non admittūt, alioqui syncopen ac virium resolutionē inducunt. Calor enim aeris ambiētis, e corpore foras euocatum spiritum digerit, resiccacq; corporis habitum, ac imbecilliorē reddit: vbi igitur temporis cōditio & regio cōsentiant, omnino à sanguinis missione abstinēdū est. Vbi vero altera tantum adest, detrahare quidem licet: sed longe minus q̄ si neutra vetaret. Vehemēter vero frigida, vel regio vel temporis cōditio, vel vtraq; corpus refrigerat, proinde sanguinis missione impedit. Cum enim sit refrigeratus corporis habitus, rursumq; per accessionis initia refrigeretur: nunquā postea pristinæ ualitudini restituitur: scilicet natiuo calore à frigoris vi deuictio. Ad hūc modū si eger prompte ex misso sanguine afficiatur, id est aut imbecillior reddatur, aut eius stomachus deterius habeat: hāc vacuatione respuit, sicuti & longā inediā. Prompte autē afficiunt ab vtraq; qui diluitoris sunt sanguinis, spiritus habēt tenues, calidi & sicci sunt, quicq; amara

Euacuandū ratio p tēporis cōstitutione & consuetudine inestituda.



## T E X.

Ad eundē uero modum, si quando duo symptomata contraria sequantur: utrū eorum sit uehementius, cōsiderandū est. Pari ratione, si duo morbi in eodē homine pugna-tes habeāt indicationes: tūc enim urgētī est insistendū: sed altero nequaquam neglecto.

## C O M M E N T.

Nonnunquā in eodem ægrotāte, duo symptomata, aut duos morbos, diuersas habere indicationes cōperimus. Primūq; ei occurrimus quod magis urget, id est quod aliud incōmodum alio-qui sit adlaturū, nisi ipsi succurrat. Aut sine quo alterum curari nō possit. Pari modo, si duo morbi copulentur, cōtrarias habentes indicationes: et primum consulimus, qui maiorem offensionem allaturus sit: aut sine quo alter curari non potest, aut qui magis urget, uti supra ostendimus.

## T E X.

Quæ autem a symptomatis, & morbis sunt indicationes, non simpliciter, sed pro causa quæ unum quodq; attulit, considerandæ sunt, uelut animi defectio, ac exolutio. Sunt enim pro una eademq; re ambo hæc nomina a medicis usitata: ipsa quidē res una est, sed eius causæ multæ. Anima enim deficit ex colera, alui profluuiō, intestinorum difficultate tum leuitate, fluxu muliebrī, uulneribus, mariscis quas hæmorroidas nomināt, sanguinis tū ex ore tum e naribus

profusione, immodicisq; ex partu purgationibus. Nonnunquā uero animæ defectū attulit magna cruditas: præsertim cum aluū immodice subduxit. Et in gēs fames, quæ bulimos dicitur, nihil est aliud q̄ animi deliquium. Omnem etiā uteri strangulatū idē affectus antecedit, quemadmodū eius tum ascensum, tum deflexū in latus, tum inflammationes sæpe sequitur. Sed & apoplexiā, comitiales morbū, si quidē malignus est, resolutionem, syncopen & marcorē anteit. Nonnunquam cum februm accessionibus non paucis accedit maxime, si corpus summe aridum sit, ac squalidum, aut immodice plenū. Cum febre quoq; ardētī, ac maligna: aliquādo et quibus per februm accessiones extrema uehementer refrigerata sunt quicq; ob inflammationis uel iecoris, uel stomachi magnitudinem febricitant, ipsæ per accessionem initia anima deficit: præsertim ubi crudorum, minimeq; coctorū humorum multitudo aut insignis alicuius partis obstructio infestat. Item & quibus os ventris, aut imbecillum est, aut a uitiōsis succis mordetur, aut crassis uel glutinosiss vel humidis uel frigidis ingrauescit. Quin & nonnulli affectuū animi uehementia deficiūt, præcipue senes, quicq; ex alijs imbecillitate aliqua laborant. Etenim ipsorū non paucis mœror, lætitia, ac excandescencia, hoc incōmodum intulit

In diuersis  
indicationi-  
bus urgen-  
tiori pri-  
mū consu-  
lendū.

In diuersis  
de p̄m  
de q̄

In diuersis  
de p̄m  
de q̄

runt. Nonnunquam vero & intempeſtue erumpētes vapores hoc modo affectis, animi deliquium induxerunt. Quemadmodū & robustioribus, immodici sudores. Præterea abscessus eruptio vires vehementer lædit: maximeq; si in ventrē, stomachum aut thoracem affatim confluūt. Et si nos aliquādo lecto abscessu pus affatim uacuemus, necessario deficit anima, quēadmodum si uberiorius purgemus, vel inaniamus, seu clysteribus, seu alio quouis modo, idem malū afferemus: neq; vero in hydrope humor etsi superfluat, & præter naturā sit, semel totus citra noxam vacuari potest: alioqui hominē deficere animo necesse est. Sed & doloris uehementiā vires prosternit, nimirū si repente vel morsus incidat, vel intestina circa umbilicum torqueantur (*σπρόφους* hunc affectum Græci vocāt) vel ileos, vel aliud malū oboriatur. Porro vulneratus neruus, & musculi caput, animę deliquiū induxerūt: & maligna articulorum vlcera, & gangrenosa, & depascentia omnia, ac immoderata quædā frigiditas, aut caliditas, & vitalis roboris solutio: Hæ quidē sunt animæ deficientis causę.

## COMMENT.

Indicationes vnde perende.

Indicationes nō simpliciter à morbis, & symptomatis, sed à causis petuntur: vt verbi gratiā, si quis exanimetur, nō solum animę deliquio, sed eius etiā causę, nempe vel cholera, vel fluxioni

alui, vel intestinorum leuitati aut difficultati, vel alijs id genus causis remediā præscribimus: vt in sequētibus docebimus. Animi defectus & syncope, vt magnam inter se habent cognationē, sic inter se differunt: q; ille sit spirituum, præsertim animalium, vehemens subitusq; motus: cum enim relicta sede ad locū aliq; confluunt aut pereunt, animalis facultas tātisper cōsternatur ac excidit, sensusq; oēs interceptiuntur, dum ad suā originem spiritus redierint, aut noui procreati sint. Mouetur enim interdum spūs citra iacturam, aut saltē magnam, vt in dolore, & animi tum affectibus, tum actionibus. Cuiusmodi sunt timor, & pavor, admiratio, tristitia, ira, vigiliæ, curæ, anxietates, & similia quorū vires ante præscripsimus. Aliquā vero vnā cum motu pereūt, vt in vacuatiōibus: de quibus postea dicemus. Syncope autē, est vniuersarum virium præceps, subitaq; ruina: hoc est, κατὰ πτωσις ὁξεία καὶ ἀπὸ ἀδυναμίας, quæ contingit, & interceptis sensibus, & liberis. Hanc autē antea defectus sepe antecedit, aliquā comitat, aliquādo vero solus affligit. Cor enim affectū, facile in sympathiam alia duo principia tecur & cerebrum, trahit: vnde nō solū syncope, sed & animi deliquium nascitur. Quod si cerebro patieti, alia duo principia nō cōsentiant, anima quidem citra syncopē deficit. Sin cōdoleſcāt, antecedit syncope animi deliquiū. Vires sunt aīalis, vitalis, & naturalis: quæ corpus nostrū gubernāt. Animalis quidē, in cerebro: Vitalis autē, in corde: Naturalis vero in iecore collocata est. Harū substantia ex cōmoderata qualitate & quātitate spūs, & so-

Animi defectus a syncope quo differat.

Syncope quid.

Vires corporis nostrū gubernantes. Viriū substantia.

lidę substantię cōsistit: quibus probe cōreperatis  
 cōmoderatisq; uires ualere necesse est. Cōtra col  
 labi, vbi vel alterant, vel corrūpuntur. Alterant  
 autē à qualitibus, vel nudis, vel in vitioso succo  
 receptis. Corrūpuntur vero solida quidē, hoc est  
 caro, & quę ex genitura cōdita est, alimētū penu  
 ria: vt in bulimo, idest, ingēti ac insatiabili fame  
 aut digerēte absumēteq; calore, vt in ardentibus  
 colliquātibus, & heciticis febribus. Spūs vero pe  
 rit suffocatione, admittione alienę materię, tota  
 substantia cōtrarię, nutrimentū defectu, vacuatione  
 immodica impedita respiratione, & resolutione,  
 idest digestionē per halitum. Suffocatur autē spūs  
 obstructione ac repletionē, nō solū partium prin  
 cipium, sed & vniuersi corporis. Oppletis enim  
 venis aut obstructis, vel principiorū vel totius  
 corporis natia caliditas supprimitur, ac suffoca  
 tur. Admiscetur autē aliena substantia, inspiratione  
 aeris pestilentis, aut uaporis alicuius tetri odoris,  
 qualis ex stagnis, paludibus, & cadaueribus non  
 crematis exhalare solet: aut puro quidē ex se aere,  
 sed dum inspirat, vitium inspirandi instrumentis  
 contrahēte, aut genitalis seminis, aut mēstrui, uel  
 grumi sanguinis, vel alterius corruptę substantię  
 vapore ad cor permeante. Vitiatur autē aer attra  
 ctus pulmonis & partū pectoris vlcibus. Nā  
 vti vter cibum iecori, vt fiat sanguis preparat:  
 ita pulmo cordi aerē, vt vitalis spiritus generet.  
 Nutritur enim is spiritus tum ex inspirando, tum  
 ex sanguine: quęadmodū animalis & ex inspiran  
 do, & eo quod suggerit reticularis plexus: vt au  
 thor est Gal. lib. 1. Methodi medēdi. Si igit pul

Vires qb  
 sequentur,  
 aut corrū  
 pantur,

Bulimos,

Spūs qui  
 bus de cau  
 sis pareat.

Aer attra  
 ctus quo  
 modo viti  
 riatur.

mo attractum aerē vlcis putrilagine vitiet, in  
 spiritus vitalis substantiā mutari nō poterit: quę  
 admodum nec si venter cibum omnino corrum  
 pat, in sanguinem iecur eum cōuertet. Nutrimen  
 tum vero deficit, imbecillitate nō solum princi  
 piorum, sed & totius corporis, spiritum generare  
 nequeunte. Vacuatio vero fit alui profluuiū, &  
 alijs causis ab ipso Galeno hic enumeratis. Prohi  
 betur respiratio, cordis, pulmonis, gutturis & fau  
 cium obstructione: aut impeditis resolutione spi  
 randi instrumentis. Resoluitur autē spūs, ingenti do  
 lore, animi affectibus, crebris motibus: quę sunt  
 vigilie, & labores: sua item tenuitate, & corporis  
 raritate, & expultrice vi immoderatus per vni  
 uersum corpus cōcitata. Itaq; vteri & alui proflu  
 uium, vulnera, mariscę, sanguinis per vomitum  
 reiectio, & è naribus profusio, purgatio ex partu  
 immodica, nō solum animi deliquitū, sed & syn  
 copen afferunt, tum quia spūs substantiā vacuāt,  
 tum quia alimoniā corpori subtrahunt. Cholera  
 vero, & intestinorū difficultas, tum doloris, tum  
 vacuationis magnitudine, spiritus substantiā de  
 moluntur. Cruditas autē, quia vires premit mul  
 titudine, & exiguos aialis meatus obstruit crassi  
 tudine, & acrimoniā pungit. Bulimos, idest ingēs  
 fames, utriq; substantię alimētum negat. Vteri ue  
 ro suffocationē omnē, antecedit animi deliquitū.  
 Suffocatur autē uterus uel genitali semine, uel men  
 struo sanguine, uniuersum corpus potēter refrige  
 rante: vt author est Gal. ita ut spiratio sensu de  
 prehēdi nō possit: atq; hac ratione uterus suffoca  
 ri dicitur. Hunc autē affectum animi deliquitum

Nutrimen  
 tū quomo  
 do deficit,  
 Vacuatio  
 quō fiat.  
 Respiratio  
 quomo do  
 prohibeat,  
 Spūs resolu  
 tiōis cau  
 sa.

Vteri suffo  
 cationis cau  
 sa.

Deliquium  
animi ab  
immodera  
ta intempe  
rie.

antecedit: scilicet corrupti vel seminis, uel menstrui uapores substantiæ spiritus permixto, nondum uniuerso corpore ualèter refrigerato. Nam tunc non solum deliquium est, sed & stragulatione ab utero. Porro animæ defectus antecedit apoplexiã, & comitiam morbum obstructione suffocato spiritu. Antecedit & resolutionem, ac syncopen, & tabem, eodè resolutio ac digestio: idque aliquando per februm *παραβολάς*, id est, accessiones, et impetus præsertim ubi corpus laboratis extreme siccu est, aut squalidum, aut imodice plenum. Spiritus enim penuria squalidus in illo accessionis impetu absumitur, in plenis uero uirtus grauatur humorum, & uaporum plenitudine, sepe etiã suffocatur. In febre autè ardenti, ac maligna linquit animus: tum quod substantiã spiritus resoluat, tum quod fuliginosus uapor spiritus substantiæ misceat. Quibus uero extremæ partes, per initia accessionum uehementer refrigeratæ sunt, anima deficit. Nam ab immoderata intemperie hunc affectum nasci ante dictum est: quanquã & in tanta perfrictione, spiritus affatim intro remeat: qui multitudine suffocatus, animæ defectum affert. Eadem ratione, & in magnis icoris, uentris, uel stomachi, uel aliarum internarum partium inflammationibus, per accessionis febris initia deficit animus: maximeque si crudorum succorum copia, aut insignis partis alicuius obstructio infestet: nam & tunc suffocatur spiritus, & uirtus grauatur. Item, & quibus os uentris imbecillum est, & à prauis succis mordetur, consentientibus principijs: quæadmodum si & à crassis, glutinosiss, humidis, aut frigidis degrauiat: sic uehemētibus ani-

mi motibus nonnulli deficiunt, præcipueque senes, ac ex alijs imbecilles, quãdo hi affectus digerendæ in his animulæ facultatè habent. Nonnunquam uero & intempestiue è corpore erumpentibus uaporibus, tales deficiunt: quæadmodum robusti immodicis sudoribus. Præterea abscessus eruptio uires uehemēter lædit. Nam unã cum pure spiritus exhalat, & si in uentrem aut thoracem affatim confluit, uires degrauiat. Ad eundem modum si secto abscessu pus affatim effluat, necessario anima deficit: quæadmodum si quis immodice purgeat, aut uacuet, seu clysteribus seu alio quouis modo: idem periculum subibit, quãdo unã cum materia copiosus spiritus exhalat: quo fit, ut in hydrope non semel, sed paulatim noxium humorẽ uacuare oporteat. Sed & doloris uehemētia hunc affectum parit: quia spiritum resoluat. Eadem ratione & secus neruus, & musculi caput, & maligna articularum ulcera, & gangrænosa & depascentia, quia dolore spiritus consumitur: immoderata uero caliditate digeritur, & frigiditate extinguitur. Et uitalis roboris resolutio, spiritum sufficientem ad obeundas animæ functiones non suggerit.

Vacuandi  
Modus in  
hydrope.

## T E X.

Singulæ uero earum propriã desiderant curationem, sed nunc de omnibus scribendum locus non est. Nam quæ affectibus insunt, sine his curari non possunt. De his igitur in hac disputatione eatenus disseram, quatenus discat aliquis, quomodo repente incidentibus accessioibus occurrere possit. Frigida, ex-

pli gratia, n̄s spargenda est, qui ex cholera, alui profluuiō, ac alijs multis, subitiscq; uacuationibus, exoluuntur. Nares quoq; cōprimendæ sunt, & os uentris perfricadum, uomitusq; imperadus, aut stomachus inferis in os uel digitis uel plumis laceffendus. Sed & manus, & pedes uinciendi sunt: manus quidem pluribus & uehementibus uinculis, cum infernæ partes uacuant, ut in mariscarum profusione, alui fluxione, & uteri uacuatione. Nam tunc crura uehemēter reuincta deorsum sæpe aliquid attrahunt. Cōtra uero, in sanguinis & naribus eruptione, & in uomitionibus, crura & pluribus & ualentioribus ligaturis stringenda sunt. Quin etiam quibus sanguinem uulnera profundunt, si quidem id in superioribus partibus accidat, infernæ: sin infernis, supernæ uinculis astringendæ sunt. Inueniendus enim partitus est qui sursum uergat, nō tamē supra modum. nam si adeo tendatur ut dolorem sentiat, non minus q̄ si deorsum uergeret, fluxio irritabitur. In summa autē ad ea reuellere oportet, uel quæ cōmunitatem cum affectis partibus habēt, uel a quibus humor decurrit. proinde uehementes uteri fluxiones admotæ mām̄is cucurbitulæ celerrime compescūt. Sanguinis uero e naribus eruptionem, eadem iecori & lieni pro nare sanguinē fundente, aut ambobus uisceribus si

cruor

eruor ex vtraq; nare affatim abundeq; profluat, affixæ cohibent. Vinum quoq; aqua gelida dilutū animi defectiones ex immodicis uacuationibus sanat: maxime si ad vētriculum fluxio repat. Considerandum autem est, num id adhiberi aliquid prohibeat: qualis est uisceris alicuius inflammatiō, aut uehemens capitis dolor, aut deliratio, aut ardens febris cū morbo crudo. magnæ enim ac propemodum incurabiles ex uini potu noxæ sequuntur. Quod si nihil prohibeat, deinceps agrotantis natura, consuetudo, ætas, & ambientis aeris temperies consideranda est: quibus perspectis aut calidū, aut frigidum potum dabis. Nam qui frigidum bibere nō cōsueuerunt, aut eo manifeste labuntur quiq; natura frigidiores sunt ac extreme senes, & in regione naturaliter frigida degunt, hybernoq; tempore, a frigido arcenti sunt. Qui uero aliter habent, potare intrepide possunt. Quod si vētriculus fluxione tentetur, vinum calidum ac tenue, quale Lesbium est, detur. Crassum uero ac nigrum, acerbumq; in sanguinis eruptione. Locis autem ipsis ventri quidem, & utero, stomacho & thoraci, quæ robur parti inferre idonea sint, ad mouere oportet. Capiti uero & fronti tum hæc tum quæ refrigerēt. Et si qua in summa cute aut naribus rupta uena est, aliquod ex ijs, quæ sanguinē sistunt



sius docebitur. Hac ratione in magnis vteri deflu-  
 xionibus: ad moueri māmīs cucurbitule debet: quod  
 cōmunitatē hāc partes cū vtero habeant. Cāterū  
 cū defluxio vehemens ex hypothesi sit, vehementer  
 reuocari desiderat: quod cucurbitule possunt.  
 Eadē ratione si narīs dextra sanguinem fundit, hy-  
 pochondrio dextro: si sinistra, sinistro: si vtracq;  
 vtriq; parti affigenda cucurbitula est. Frictione  
 vero os ventris demulcētes, naturam ab impetu  
 auocamus: quæ semper ad iucunda sese explicare  
 solet. Vinū quoq; frigida aqua temperatū animi  
 defectiōnes ex immodicis vacuationibus sanat.  
 & maximē si ad ventriculū feratur fluxio. Nam  
 & symptomati & eius causę remedio est: frigiditate  
 enim fluxionē arceat, substantia vero vires re-  
 parat: quatenus autē celeriter in vniuersum cor-  
 pus fertur, secūq; humores rapit, fluxionē auertit.  
 Sed eius usum prohibet icōris, aliorumq; visce-  
 rum inflammatiō: quam auget secum humores ad  
 affectū locum deducendo. In vehemēti quoq;  
 capitis dolore, & delirio, à vinō abstinendū est,  
 vt quod facile caput feriat, secūq; rapiat humo-  
 res & vapores: vnde affectus augetur. Ardēs etiā  
 febris, cum cruditate, temperandum ab hoc esse  
 studet: tum quia suo calore febrem auget, tum quod  
 erudōs humores liquat, ac in nobiles partes, aut  
 sunt incurabiles. Si vero nihil prohibeat, quo ni-  
 nus vinum bibi possit, aegrotantis natura, cōsue-  
 tudo, ætas, & ambientis aeris temperies consyde-  
 randa est: quibus perspectis, vinum aut calidum  
 aut frigidum dabis: calidum quidem, si frigidum

Vinū cali-  
 dū qñ pro-  
 pinandū,

bibere aegroti non consueuerint, aut ab eius potu  
 lædantur, aut si natura frigidi sint, aut extreme se-  
 nes, aut in locis frigidis degant, aut sit hibernum  
 tēpus. Senes enim, & natura frigidi, facile à simili  
 offenduntur: & qui non consueuerunt, ob mutatā  
 consuetudinem: de qua prius abunde disputatum  
 est. Qui vero a loco & tempore iam refrigerati  
 sunt, minus sustinere frigidā vini qualitē pos-  
 sunt, vt à qua facile iniuriā suscipiant. In ventricu-  
 li vero fluxionibus quę grācis *πέυματα*, dicunt,  
 idest destillationes, vinū calidum ac tenue, quale  
 Lesbium est, adhibeatur: celerrime enim nutrit,  
 viresq; reficit, fluxionē reuellit, cum humores in  
 corpus secū rapiat, præsertim cum fluxionis im-  
 petus vehemens nō est, sed velut destillatio que-  
 dam: vbi vero copiosus sanguis in ventriculū  
 decumbit, reprimentibus est opus. Igitur in hæ-  
 morrhagiā, idest copiosi sanguinis defluxione,  
 vinū austerum, crassum ac nigrum confert. Ad-  
 mouenda autē locis sunt, ventri quidem, vtero,  
 stomacho, & thoraci, quæ robur inferere idonea  
 sint. Cum enim fluxio omnis fiat partis mittētis  
 humorē robore, & recipientis imbecillitate: hęc,  
 ne prompte recipiat confirmare oportet medica-  
 mentis quidē, quę modice stringant, & partis in-  
 temperiē ad mediocritatē reducant. Capiti vero  
 & fronti, tum hæc imponenda iunt, tum refrige-  
 rantia: quādo non solum pars roboranda est, sed  
 & humoris, qui ad eas partes repit, impetus reprimi  
 debet: quod refrigerantibus fit foris admotis.  
 Et si qua in corporis superficie, aut naribus rupta  
 vena est, aliquid ex his quę sanguinē sistūt, impo-

Lesbium  
 vinum.

Topica re-  
 media.  
 Fluxio quo  
 modo fiat.

Sanguinem  
sistentia.

Balnea quibus  
conducant, quibus  
non,

Vinum frigidum quoniam  
propinandum,

nendum est. Sanguinem sistunt que obstruunt, emplastrica dicuntur, qualia sunt, que ex resina & farina tritice tenuissimo polline, & gypso, similibusque constant. Balnea vero veteri fluxionibus tentato, maxime idonea sunt: si quidem magnæ non sint: alioquin enim concitatam iam naturam ad maiorem fluxionem prouocarēt: quemadmodum & in hæmorrhagia, id est sanguinis profusione. In paruis autē quas greci *πέυματα*, id est, destillationes vocant, quatenus ad cutem retrahunt, conferunt: præsertim si absit periculum augendæ fluxionis. Sed & aduersissima sunt, quibus ex sudoris copia anima deficit: augent enim affectum, cutem laxando, ac aperiendo, sudoresque foras euocando. his igitur cutis densari, ac refrigerari debet: quod fiet ægrotis ad auram refrigerantem conuersis, aut cubiuli aere in frigidam stringentemque qualitatem mutato: Mutatur autē fufis humi myrti frondibus vitium capreolis, aliisque similem vim habentibus. Ineptissima vero sunt, vbi veteri defluxione tentatur: cutem refrigerat ac densant: sponteque currentem intro humorem pellunt. Cæterum frigidum vinum in sudoribus commode datur, quæ & substantia vires refarciat, & qualitate refrigeret habitum: vnde & sudores reprimit, calidum vero mouet: in hoc igitur affectu dandum non est. Sed nec artus vinciendi sunt, nec ad vomitum cogendi, nec villo modo mouendi. Ligaturæ hic non solum non reuellunt (nullam enim habent cum parte, à qua proficiuntur sudores, communitate) sed potius eos euocant: vomitus quidem suo motu calfaciendo corpus, ligaturæ vero dolore.

## T E X.

Qui vero humorum multitudinem animo deficiunt, haud ita curantur, verum illorum artus plurimum fricandi sunt, calfaciendi, ac ligandi: Cæterum a vino & cibis temperare debent, atque etiã a balneis, si febris adsit, contenti mulsæ potu, in qua thymum, origanum, pulegium, vel hyssopum concoctum sit. Confert autem & acetum mullum.

## C O M M E N T.

Cum vacuari qui crudorum humorum multitudine laborant, desideret, itaque nec sanguinis missione, nec purgans medicamentum ob pericula, que his succedunt, serant (nam trahenti medicamento non pariet humoris cruditas, vnde syncope, exolutio, & alia id genus incommoda succedunt. Ex sanguinis autem missione auget cruditas) alia vacatione est opus, nempe ea que frictione, calfactione, & ligatione partium extremarum paratur. Fricare enim linteis eos oportet, à cruribus incipiendo, superne deorsum, deinde ab humeris pari modo: quod tantisper faciendum est, dum abunde caleant, & humor digeritur per eas partes possit: mediocres vero tum vigiliæ, tum somnus esse debet ut mutuo iuuent: nam, quod somnus concoquit, vigiliæ digerunt. Ad hæc liganda extrema sunt, ut foras humorem euocent. A vino quoque, & cibis temperare debent: atque etiã balneis si febris adsit. Galenus duodecimo Methodi medendi, curandæ cruditatis rationem ample tractat. Solam mullam, atque eam quidem paucam, per primos dies sufficere ait: nec alium cibum aut for-

Designj  
animi a  
crudis hu-  
moribus cu-  
ratio.

Mulsa varie apparetur.

bitionem dandā esse: quando qui cruditate laborant, longā sustinēt inediā, cū corpus excōcoquēdis crudis succis alāt. Verū cū mulsa varie apparetur, magis enim minusue coquit: & per se, & cū thymo, hyssopo, origano, pulegio, ac similibus: cruda quidē aluū magis subducit, & minus alit. Cocta vero magis nutrit, & ventrem minus mouet: quemadmodū ea, in qua cōmemorate herbe incoquunt, vim habet incidendi: simplex vero hac dote caret. A balneis vero si febris adsit abstinendū, vt que eā augeant. Confert autē & acetum mulsum assidue etiā adhibētū, nisi id aut stomachū lēdat, aut æger fastidiat. Nam sic inuicē mulsa, & aceto mulso vtendū esset. habet enim acetū mulsum vim incidendi humoris & detergendi.

## T E X.

Quæ porro ex vteri affectibus mulieres animo destituuntur, eodem modo curātur, excepto aceto mulso. His etiā crura potius, q̄ brachia deliganda sunt, atq; perfricanda, & quēadmodum in larga fluxione māmīs cucurbitulas admouemus, sic quibus sursum reuulsus, retractusq; in latus est uterus, inguinibus & femoribus. Naribus quoque obijciēdi sunt grauissimī odores, vtero vero suauēs. Adhibenda itē sunt relaxantia ac calfacientia medicamina.

## C O M M E N T.

Animo destituuntur mulieres, quibus vel sursum vel ad latus retrahitur vterus, & quibus larvę mēses fluunt. In priore affectu crura deliganda

Animi deliquium ab vtero,

sunt ac perfricanda, ut humoris copia quæ hos affectus parit foras euocetur. Cōmunitatē enim vterus per uenas per quas possit is humor deriuari, cum cruribus habet, hac ratiōe inguinibus & eoxis admouendæ cucurbitulæ sunt, quibus potenter trahēdi facultas inest. Naribus quoq; obijcienda sunt que grauiter oleant: utero vero quæ suauem spirent odorem. Natura enim ad id quod obijcitur, si iucundum familiarēq; est, mouet: si triste alienumq; auersatur. Oculus uerbi gratia tenebras horret, & uehementem tum splendorem tum colorem refugit: utrunq; uero mediocrem amplectatur. Auris uiolētōs, tremulos, stridulos, & clangularios sonos respuit: harmonias uero, cōcentusq; iucundissime audit. Ad eundem modū dulcis sapor linguæ gratissimus est: amarus, austerus, & acer omnino ingratus. Tetrū odorem nares reiiciunt: suauem autē blandissime capiunt. Tangendī quoq; organo uehementer calida, frigida, aspera, pungentia, incidentia, cōtudentia, diuellentia, & id genus alia, quæ dolorem inuehunt, inimica sunt: Mediocriter uero calida, frigida, blandeq; palpantia, & quæ uoluptatem inferunt, amica. In summa cōmoderatis omnibus natura ad blanditur: cōtra immoderata auersatur. Eadem quoq; sentiendī organa nō solum se mutuo ad amplectendas fugiendæ sue huiusmodi res, sed & alias ad hoc partes inuitant, tantus est partium corporis consensus. Nam stomachus inspecto ingrato cibo nauseare solet, & dentes auribus consentiunt si asperum sonū: qualis limando ferro eliditur, audiāt. Contrā si sonus mirifice de-

Sensoris que grata, que ingrata.

Vteri suffocatio: cauſe.

lectet, totam naturā huc cōuersam uidebis. Mirū itaq; non est si ad suauem odorem, ut pote naturæ familiarē, uterus sese conuertat. Tetrum uero refugiat. Præterea medicamenta quæ laxandi calēfaciendiq; facultate sint prædita, adhibenda sunt, ut materia quæ hunc affectum procreat, resolua-  
tur. In uteri uero largo profluuio māmīs cucurbitulæ figendę sunt, ut postea docebimus.

## T E X.

Si uero ex stomachi imbecillitate animi deliquiū sequatur, imponere quæ roborādi uim obtineāt emplastra, qualia sunt, quæ ex palmulis cōficiuntur, uino, polentis, croco, aloë, & mastiche: perfundere uero oleo absinthino, melino, mastichino, nardino, cñāthino, & uino oportet. Aestuante autē stomacho, aliquid quod refrigeret miscendum est: qualis est cucurbitæ, lactucæ, portulacę, solani, seris, & uuę acerbę succus. Hæc enim nō solum refrigerat, sed & astringit, & aqua frigida ardenti stomacho plerunq; confert, oportune data, alioqui magnopere lædit. Imbecillo autem stomacho uinum calidū potius dandum est, modo nihil aliud phibeat: eiusmodi autem stomachi frictionibus extremarū partium mirifice iuuātur. Quod si ex his nihilo melius habeant, exæstuentes quidem celerrime ad balnea ducendi sunt. His uero qui alicuius frigoris sensu afficiuntur, medicamentū quod triplici pipere cōstat διὰ τριῶν πικέρων uocant; solūq; piper,

& absinthiū in potu dandum est. Qui uero ex uitiosis humoribus os uentris mordentibus exanimantur, epota uel aqua calida, uel hydrelæo uomere iubeantur. At si nō facile uomant, prius partes stomacho adiacentes, & manus, & pedes, calcificandi sunt. Quod si ne sic quidem uomere possint, immixtis in os uel pēnis uel digitis, stomachus irritāndus est: Sin neq; sic uomant, rursus oleū calidū ḡoptimū adhibēdum est. Id autem sæpe nō solum uomitum prouocare, sed & uentrē mollire solet: id quod nō parum ad rem de qua agitur facit. Quocirca nisi sponte accidat, arte procurare oportet: maxime uero appositis remedijs, ex quibus, si facilius uomat, absinthij coma aqua mulsā incocta, in potu danda est, deinde uinū: modisq; omnibus roborandæ partes sunt, tum medicamentis forinsecus impositis, tum absinthij potu. At non per inītia quidem, sed post, repurgato iam uentre, id faciēdum esse suadeo: quando si succos contineat, astringēdus non est, sed calcificendus ut prius dictū est. Si uero frigida pituita in ore uentriculi collecta sit, plurimum fouere oportet oleo, in quo absinthium decoctū sit: deinde mulsam dare, in qua uel hyssopum, uel id genus aliud maouerit, & acetū mulsū, & piper, quodq; ex triplici pipere cōstat medicamentum, διὰ τριῶν πικέρων dicitur, & diospoli-

ticum. Victus autem ratio omnino incidenti di facultate sit prædita.

## COMMENT.

Imbecillitas quid.

Imbecillitas est, quæ potentiam à suo scopo aberrare facit: quod accidit sua ipsius substantia læsa, aut instrumentali morbo parte obsessa, aut unitatis solutione. Potentiæ substantia offenditur in temperie, interdum quidem nuda, interdum uero cum humore. Intemperiem autem sequitur substantiæ resolutio, maior aut minor, pro affectus magnitudine: quæ si leuis sit, solam imbecillitatem: si uero magna, non hanc solum, sed & morbum affert. Tota igitur ratio est spectat, ut naturalis temperies seruetur, substantia quæ perijt instauretur: & si affectus magnitudine potentiæ substantia resoluta sit, hanc firmare oportebit. Cum igitur non solum stomachi, sed & aliarum partium octo sint intemperantiæ, calidam refrigerare, frigidam calfacere, humidam exiccare, & siccam humectare conueniet. Contrariorum enim contraria sunt remedia: & si perijt substantia, eam cibo uel potu reficere oportebit. Quod si tantus sit earum qualitatum excessus, ut etiam potentiæ substantia defluat, astringentia quæ ipsam firment adhibenda sunt cum in aliarum partium tum in stomachi, uentris, & iocinoris affectibus: quorum perpetuo robur seruandum est. Quoniã rursum stomachus magis ex humorum abundantia, quam nuda intemperie, laborat, ut auctor est Galenus, ideo exiccantia medicamenta desyderat. Itaque in stomachi imbecillitate medicamenta ex palmulis, polentis, & alijs

Stomachus unde magis laboret. Stomachi imbecillitas ratio.

ab auctore enumeratis, conueniunt: ut quæ & exiccent, & imbecillum stomachum roborent. Quod si stomachus uratur, refrigerantia adhibenda sunt, qualis est cucurbitæ succus, lactuca, portulacæ, feris, & uuæ acerbæ: quæ præter id quod refrigerat, etiam exiccat. Nam ubi aliqua qualitas inualuit, per contrariam illi qualitatem est succurrendum. Itaque frigida potio estuanti stomacho oportune adhibita, prodest. Aestuatur autem stomachus nonnunquam ex nuda caliditate, interdum adiuncto humore seu putredine, seu inflammationem procreante: is enim cum digeri debeat, frigidam non exposcit. At si sola caliditas adsit, frigida intrepide danda in potu est præsertim si ea uti eger consueuit. Vinum quoque stomachi imbecillitati prodest: tum quod natiuum calorem auget, tum quod labentem animum releuet. Calidum autem adhibetur, quoniam frigiditatem imbecillitas non sustinet. Quod si inflammatio, uel id genus aliud internum malum, occuparet, à uino esset temperandum: ut quod affectum augeret. Friciones quoque extremarum partium hoc modo affecto stomacho prosunt, foras calorem aut humorem euocando. Quæ si parum profecerint, exusti quidem ad balnea ducendi sunt, scilicet madore in corpus immisso humectantia, & potentia refrigerantia, ut prius est dictum. Si uero frigus sentiant, uti medicamento debent, quod diatrion pipereon uocant, soloque pipere: calcificandi enim uim obtinent. Nam pro eo quod exuperat, eo usque contrarium inducendum est, quoad pars ad symmetriam & naturalem habitum reducta sit. Hac ratione absinthium adhe-

Imbecillitas frigus refugit.

bendam est. Qui uero ex biliosis succis os uentris  
 mordentibus exoluuntur, uel aqua epota, uel hy-  
 drelaxo uomere iubeatur. Nam hic humor suapte  
 natura ad superiora tendit, uomitio autē cōmode  
 fit, uel aqua epota calida, uel hydrelaxo, stomachū  
 enim humectant, laxant, emolliunt & ad motum  
 aptiorem reddunt, unde minori molestia uomitio  
 præterea humoris acrimoniam obtundunt: his  
 si facile nō uomant, manus & pedes prius calfa-  
 ciendi sunt, vt relaxatis his partibus minore pe-  
 riculo stomachus, quo cum per nervos eiusmodi  
 partes cōmunicant, moueāt. Quod si nec sic qui-  
 dem uomere possint, immisisis in os. uel pēnis uel  
 digitis irritandus est. Vbi enim stomachus hebe-  
 tioris sensus est, non nisi à magna causa mouetur.  
 Igitur non solum imitendi in os digiti uel pennę  
 sunt, sed & oleum q̄ optimū calidum est adhiben-  
 dum, quod non solum uomitū ciet, sed uentrem  
 fluidum reddit. Quocirca nisi spōte uomitus fiat  
 iuuāndus est appositu, fociq; calido stomachi par-  
 tibus admoto. Ex quibus si facilius uomat, abstin-  
 thij coma in mulsā decocta, in potu danda est: si  
 mat enim, ut modo dicebatur, stomachū humo-  
 ribus & uomitionibus resolutū. Deinde uero ui-  
 num dandū est, ut labefactatæ uires instaurētur,  
 celerime enim reficit. Postea modis omnib; ro-  
 borare stomachū oportet, uniuerso corpori alen-  
 do necessarium: roboratur autē tum impositis fo-  
 tis medicamētis, secundum methodum prius de-  
 claratum, tum abstinthij potu, quod astringendo  
 robur restituit. Ideo dari antequā uenter purga-  
 tus sit nō debet, ne humores stomacho figat, & ad

Vomitus  
 commoda  
 puocatio,

Insufflatio  
 in os,

Abstinthij  
 coma in  
 mulsā  
 decocta,

Vinū celer-  
 time reficit

excretionē contumaciores reddat. Si uero frigida  
 pituita in ore uentriculi collecta sit, plurimū fo-  
 ñere oportet oleo, in quo absinthium decoctum  
 sit: deinde mulsam dare in qua uel hyssopum, uel  
 aliud id genus maauerit. Et acetū mulsū, & pi-  
 per, & medicamentū, quod quia ex tribus piperi-  
 bus constat *διὰ τριῶν πειπέριον* uocant: & dios-  
 politicū, Foris q̄dem admoueri debet absinthiū,  
 ut robur parti inferat, & pituita non cogat. Intro  
 uero sumenda, quæ eam pituitam incidunt ac de-  
 tergant. Incidit autē acetum mulsū, dia irion pi-  
 pereon, & diospoliticū. Detergit uero mulsā. In-  
 cidi enim pituita ob lentorem desyderat. ideo ui-  
 ctus ratio hac facultate prædita esse debet.

## T E X.

Ex uehementi autem refrigeratione defe-  
 ctiones nō aliter, atq; bulimum, id est ingē-  
 tem famem curamus: nimirum calfacientes  
 modis omnibus. itaque uinum in potu dan-  
 dum est calida temperatum, cibiq; calfacere  
 idonei. Fricare quoque eiusmodi ægrotos  
 oportet, ad ignemq; calfacere.

## C O M M E N T.

Refrigerati, & qui bulimo, id est infatibili fa-  
 me laborant, eadem methodo, nempe calfaciēdi,  
 curant. Bulimos enim ab externo frigore, quale  
 cōtingere solet in longo itinere, per gelu & niuē  
 ortum habet. Hunc affectum sequit membrorum  
 inanitio, spiritūū defectio, & uirium lapsus. Itaq;  
 omni ratiōe calfacere oportet: hoc est cibo, potu,  
 medicamentis, odoribus, frictionibus, & alijs id  
 genus, quæ corpus calfacere idonea sunt.

Defectio  
 ex uehē-  
 ti refrige-  
 ratiōe cura-  
 tio  
 Bulimus vn-  
 de, & eius  
 curatio.

## TEX.

Quę uero ex superuacuo calore ortū habent refrigerantia ac roborantia desyderant. His enim maxime accidunt, qui diutius in acre aestuoso, & balneis uersati sunt. In præsens igitur robur his restitues, si frigidam inspergas, ac uentiles, & aurę exponas, osq; uentris frices ac irrites: postea uino & cibo reficias.

## COMMENT.

Defectiois  
ex superuacuo  
calore  
curatio.

Superuacuus calor intrò quidem inspiratus, & per arterias tractus natiuam principiorū temperiem immutat ac spiritus substantiā: quam & extenuat & dissipat, suo uero contactu cutem laxat & aperit: unde facile spiritus exhalat, itaq; refrigerare oportet aere frigido, tum inspirato, & per arterias attracte, tum corpori admoto. sic enim principia ad natiuam temperiem reduces, & spiritus dissolutionem impedit. non ab re igitur ad auram frigidam, cōuertere agrotū oportet frigidam inspergere & uentilare. Os uero uentris perfricare ac irritare, ut uis consopita excitetur. His nero peractis uino ac cibo reficere oportet. Nam sic uires firmabis. cum enim & alteratiōe, & corruptione suę substantiæ labent, reparari debent oppositā qualitātē inducendo, & substantiā perditā similem reparādo. In hoc aut quo de agitur affectu, spiritus substantia maxime perit, ideo qđ hanc celerrime resarciat, adhibēdū est: cuiusmodi uinum est, & cibi facillimę coctionis.

TEX.

## TEX.

At quibus ob inflammationis magnitudinē, aut uehemētis febris malignitatē, in accessionibus animus deficit, quicq; refrigerantur, eorū artus fricare ac calcacere, cruracq; ac manus ligare: uigiliās imperare, cibū potumq; in totum circūcidere oportet. Optimum porro in his quid futurū sit prænosse, & ea ante febris accessionem efficere.

## COMMENT.

Viscerum & internarum partium inflammationes, & malignę pestilentesq; febres augentur per accessionum initia, interdumq; refrigerantur externę partes intro reuocato calore & sanguine, unde anima plerunq; deficit. Quod cum accidit fricandę, calcaciendę, ac uinculis stringendę extremę partes sunt, ut foras resiliant spiritus & humores. hac ratione uigilię imperandę sunt, ut quę foras calorem & sanguinem appellent, proindeq; febrem ac inflammationem augeri prohibeant. Cibus & potus in totum demūtur, ne pars eorum intro delata materiam augendę inflammationi suggerat. Quod si futurum hoc incommodum præuideamus, ante accessionem commemorata iam remedia adhibemus.

## TEX.

Quique ex siccitate per accessionum initia in syncopen labuntur. Nā si duabus tribusue horis ante accessionem cibaueris, & pedes & manus cōtineri iusseris, seruari poterit, Cibus autē coctū facilis sit, & stoma-

Gal.

L

Defectiois  
ob ingentē  
inflammationē  
&c.  
curatio.

cho accommodatus. Quod si vehemens fore periculum suspiceris, vinum maxime alicæ elixæ superfusum dare anticipabis. Loco autem alicæ panis eadem utilitate adhiberi potest. Si vero mediocris syncope expectetur, vino opus non est, sed tunc abunde feceris, si mala punica, vel pyra, vel mala, vel pomum aliud quodpiam, stringendi facultate donatum cum cibus miscueris. Post hæc vero si moderate accessione ferant, cum iterum cibatur, pomorum usus necessarius non est. Hæc quidem agenda sunt, si quod futurum est presenseris. Si qui vero inopinato in hoc discrimine inciderint, vini calidi, panis & alicæ cum eo calidæ momentum dare debebis. Nam si largiorem, aut coctum difficiliorem hoc modo affectis cibum dederis, non solum in syncopen perducentur, sed omnino suffocabuntur.

## COMMENT.

Siccitatis  
varij modus

Vt non est vnus siccitatis modus, sic nec vni omnibus periculum accidit. Quandoque enim primarum ac simularium, vt sic dicam, partium substantia solida exiccatur, interdum caro & adepi liquantur, nonnunquam autem propria humiditas rori similis qua corpus alit, absumitur. Aliquando vero exiles venæ & arteriæ cuiuscunque partis inaniuntur. Primum siccitatis genus curatione non admittit, secundum & tertium difficilem. Quartum vero omnium facillimam. Febris autem vehemens primum humores absumit, ac spiritus dissipat

deinde sensim, si perseueret, alias siccitates inducit. Has autem omnes sequitur aliquando syncope: periculosior quidem, priores tres: leuior autem posterior nisi admodum ingens sit. Nam si magnam sanguinis & spirituum penuriam vehemens febris accessio inuenerit, periculosam affert syncopem: vt quæ spiritus reliquias dissipet. Itaque optimum est hoc incommodum presentire, ne expectata sine remedijs accessione, in id incidamus: quod vbi puerimus, occurrere poterimus, cibantes, agrotum duabus tribusue horis ante accessione, iubentesque, vt pedes & manus, sine agitatione contineat. Cum enim corpus spirituum penuria laboret, nec melius reparari, quam cibo & potu possint, hi duabus tribusue horis ante accessione adhibendi sunt, facili quidem coctionis & stomacho grati, ne naturæ negotium facessant, sed potius roborent. Quoniam autem spiritus qui ex sumpto cibo conficitur, durare in sine accessione debet, ideo in lecto egrum sine pedum manuumque agitatione continere oportet, quo & concoctio melius fiat, & minus spiritus dispergat, ac dissipet. Quod si vehemens periculum timeatur ob magnam spiritus inopiam, dandum est quod abundantiam huius suggerat, ægre dissipabilem, quale vinum est & alica, vel panis (eandem enim alicæ vim obtinet) vinum quidem copiosum spirituum, alica autem crassum & qui non facile digeratur parit. Quod si mediocris syncope expectetur, vinum dandum non est, quando et febris obest, & multo spiritu opus non est. Satis enim facient mala granata, cotonea, pyra, alijque stringentes fructus cibus permitti: non quod velimus corporis substantiam

Syncopes  
a siccitate  
curatio.

Astringen-  
tia siccitati  
inimica,

stringere (omni enim siccitati inimica astringentia sunt) sed cibū tardius digerī & spiritū minus dissipari, vt in accessionis finē durare possit. Igitur si accessionē facile ferant, astringentiū vsū opus nō erit, quando nullum periculum timetur. Hæc quidem ante accessionem, ubi syncope imminet, agenda sunt. In quam si inopinato æger inciderit (sepe enim nobis nō aduertentibus hæc accidere solet) vini calidi, panis, & alicæ cū eo calidæ momentum adhibendum est, vt celeriter & sine magno naturæ negotio spiritus reparē. Nam si largum cibum vel coctū difficilem dederis, non solum lycopen induces, sed & omnino suffocabis ægrotum. Sicuti enim flāmulam largum oleum superfusum extinguit, ita exiguum calorem naturæ maior cibi copia obruit ac suffocat.

## T E X.

Quibus autem animus ex insignis partis obstructione deficit, acetū mullum dādum est, potioq; ex hyssopo, origano, pulegio, et melle: & cibi ex eorū qui valenter incidūt genere. Crassi enim ac glutinosi magnopere in hoc affectu lædunt. Nihil vero obfuerit artus perfricare ac ligare. Sed & vtiliter potiones, quæ ciendæ urinæ facultatē habēt, adhibent: quales ex anetho, fœniculo, apio, petroselino, ami, dauco, & spica nardi sunt, quæ vbi iam manifeste iuuerint, vino albo ac tenui non admodū vetere vtendum est. Noscuntur autē huiusmodi obstructiones, cum ex alijs pulsum inæqualitatibus, tum

maxime ex his quæ in magnitudine & paruitate, vehemētia & debilitate inueniuntur, modo adiuncta syndrome, idest concursu, quā plethoricā vocāt, nō sit. Ea enim cōmunes cū obstructione inæqualitates obtinet. In eiusmodi autē affectibus, si quidem magni sunt, pulsus intermittunt. Verū hæc fufius in libris de Pulsibus sunt explicata.

## C O M M E N T.

Insignes partes, & principes opportunæ vniuerso corpori, sunt cerebrum, cor, iecur, stomachus, pulmo, et principes arteriæ, quæ si obstructæ sunt, animi deliquiū afferunt, scilicet spiritu suffocato, et virtute degrauata, uti prius dictū est. Igitur acetum mullum in huiusmodi affectibus vtiliter datur, quod crassitudinē obstructis humoris incidat, ac detergat: eadem vi prædita est potio, quæ ex hyssopo, origano, pulegio & melle cōficiū: qualem perpetuo affectus is desyderat. Igitur vniuersa victus ratio incidere debet. Crassa enim ac glutinosa aduersissima est, ut quæ obstructionē augeat, quæ delere modis omnibus oportet. Itaque profunt frictions, & ligaturæ extremarū partium: quæ scilicet foras humores euocādo obstructiones minuunt. Eadē ratione potionibus vtendum est, ex anetho, fœniculo, ami, dauco, & spica nardi: quæ & humores tenuant, & vrinas prouocāt. Deinde vero vinum album tenue & non admodum vetus dandū est: sed non ante, quàm illa manifestissime iuuerint, quādo augendæ obstructionis periculū afferret. Celeriter enim ad vring vias

Partes p̄  
cipes cor-  
poris.

Deliquiū  
nimī ab ob-  
structione  
in signis pag-  
tis curatio.

Pulsus in  
qualitas du  
plex,

Syndrome  
plethorica,

permeat, secumq; humores, si qui in corpore sint, rapit. Noscunt autē eiusmodi obstructiones cum ex alijs pulsuum inæqualitatibus, tum maxime ex his quæ in magnitudine & paruitate, vehementia & debilitate fiunt, modo adiuncta syndrome, quæ plethoricâ vocant, non sit: quæ & cōmunes cum obstructione inæqualitates habet. Ostensum est duplicē esse pulsuum inæqualitatem: alteram que in una pulsatione fit, alteram que in pluribus, quæ systematicam appellant. Hæc autem obstructiones sequitur, humorū redundantiâ, compressiōnem & duritiem instrumentorum, & cordis inæqualem intemperiem. Quæ causæ si magnæ sunt, non solū inæqualem, sed intermittentem pulsuum reddunt. Inæqualem dico, qui non perpetuo eandem seruat magnitudinē, paruitatem: celeritatē, tarditatem: vehemētiâ & debilitatem, & pulsus reliquas differentias. Maxime autem inæqualitatem in magnitudine & paruitate, vehementia & debilitate deprehēdit tactus. Intermittēs enim pulsus ex inæqualitate raritatis & paruitatis constat. Raritatis quidem, cum quies est longissimæ paruitatis vero, cum minimum distenditur arteria. Cum igitur syndrome plethorica, idest concursio signorum plenitudinis humorum non apparet, nec vlla est suspicio compressiōnis aut duritiæ instrumenti cordisq; intemperiei, certū est hanc pulsus inæqualitatem, aut interceptionem ab obstructione perfectam esse.

T E X.

Nunc vero ad reliquarū animi defectio-  
num disputationem trāseamus: cuiusmodi

est, quæ ex abscessus vel ruptioē vel sectio-  
ne, & immodica in his qui aqua inter cute la-  
borāt, vacuatione fit. Satis enim ad præsens  
fuerit rebus odoris hos reficere, paulo post  
autem sorbitiones coctū faciles adhibere.

C O M M E N T.

Abscessus vel ruptionem vel sectionē immo-  
dicamq; in hydropicis vacuationē sequitur spi-  
ritus dissipatio: hanc autē animi deliquium, igitur  
odores obijciendi sunt ad præsentem virium  
reparationem. Odera enim spiritus substantiarū  
cognitione reparāt, Deinde sorbitiones, quæ co-  
ctionem facile admittant, dandæ sunt: vt non so-  
lum spiritus, sed & humor refarciatur.

T E X.

At si ob tristitiâ, lætitiâ, timorē, excā-  
descentiâ, aut pauorem animo cōsternant:  
odora mentis & nariū comprehensionsibus  
refocillati ad vomitum cogendi sunt.

C O M M E N T.

In tristitia, timore & pauore intro ad originē  
reuocatus spiritus absumitur. In lætitia vero fo-  
ras spargitur ac dissipatur. In excandescētia pri-  
mum intro fertur, deinde foras resilit. Vnde ani-  
mi defectum cum affatim spiritus perit, sequi ne-  
cesse est. Primum igitur is refici debet, vti modo  
declaratum est, nempe rebus odoriferis naribus  
obiectis: deinde excitanda virtus narium prensā  
tionibus & vomitionibus.

T E X.

Ad eundem modū, si qui ex vlnneribus,

L iij

Deliquij a  
nimi varig  
deinceps  
recitantur  
causæ, & cu  
ratio,

purgationibus, doloribusq; articularū, neruorum, & chordarum musculorum animo deficient: in primis reficere: postea vero idoneum affectui remedium præstare oportet.

## COMMENT.

Eadem cum ante dictis ratione animi defectus ex vulneribus, purgationibus, & doloribus articularum, neruorum & tendonum curantur, nempe primum reparatis viribus, deinde primario affectui idoneis remedijs adhibitis. Quoniam igitur vulnera, purgationes, & dolores spiritus substantiam dissipant, primum hanc reficere oportet, ad modum prius declaratum, hoc est odoribus & sorbitionibus. Postea vero affectum primum curare, nimirum vulnera, si simplicia sunt glutinando, si cum cauitate, primum carnem generando: deinde glutinando, vt fusillime docet Galenus libro iij. Methodi medendi: immodicas vacuationes sistendo: dolores, si vrgeant, anodynīs: si non vrgeant, causas, quæ eos generant, abigendo.

## TEX.

Si vero colicos affectus, aut iliosos, aut eorum aliquem qui vehementer affligunt, animi deliquium sequatur: affectarum partium fomentis calidis, & extremarum frictionibus animus restituitur.

## COMMENT.

Dicebamus modo primum esse symptomata, hoc est deliquio animi intendendum, deinde affectui symptoma inferenti: deliquiū autem abigē

maus ægrum reficientes, affectus vero idoneis remedijs, alios alijs. Quoniam igitur dolor, animi defectum asserit, dolorem vero alia causa: primū defectui succurremus, deinde dolori, si quæ uehemens sit, sin minus, causis hunc asserentibus. Dolorem asserunt alteratio uiolenta cōfertim facta, & unitatis solutio, & partis quæ afficitur, sensus. uehementer autē & cōfertim alterant calor, & frigus, proindeq; dolorem uehementē mouent: humiditas uero non tantū vt excitare dolorem possit, siccitas aut ut leuem. Continuitatem autē soluunt rumpentia, contundentia, erodentia & secantia. Rumpunt etiā quæ distendūt. Hæc rursus à forinsecus incidentibus sūt, aut ab aliqua interna substantia, quæ multitudine sua corpus se continens distendit, cuiusmodi sunt humores, flatus & uapores. Immodica quoq; siccitas distendit. Contundunt dura, uel magna, uel grauiā, foris incidentia. Erodunt aut humores, uel uapores mordaces, aut aliud quidpiam forinsecus adueniēs, cui mordendi ac exedendi uis insit. Cum igitur per doloris leuitatē causis providere liceat, uidentum est, quanam dolorem attulerit, atq; ea abigenda est. Verbi gratia, frigus calfacientibus, & calor refrigerantibus. Distendentia & erodentia uacuantibus. In colicis igitur, & iliosis, alijsq; affectibus uehementē dolorem inferentibus, si humoris copia adsit, is uacuāduus est: sin flatus, calidis fouendus, ut materia flatulenta digerāt, dolorq; calore quasi anodyno remedio demulceat. At si acrimonia laboret *επικρασικα*, id est, quæ immista acrimonia sua substantia temperant ac obtundunt

Doloris  
causæ.

Continuitatem  
que  
soluunt.

Continuitatem  
que  
soluunt.

*επικρασικα*  
51100

ex usu sunt, cuiusmodi est lac. Profunt & frictio-  
nes extremarū partium: scilicet infestantē materiā  
ab affecto loco euocantes. Si quis exactius cupiat  
hanc curandi rationē nosse, legat Galeni Metho-  
di medendi librum duodecimum.

## T E X .

Quæ uero ob propriam uirtutū corpus  
nostrum moderātium imbecillitate, animi  
defectiones fiunt, ab intēperantia earū par-  
tium unde uires proficiscuntur, contractā,  
cōtraria intēperantia curari debent: nempe  
frigida calfaciendo, calidam refrigerando,  
atque in alijs eadem ratione. Vitalis quidem  
uirtus, quam e corde prodire docuimus, ex  
pulsuum debilitate deprehenditur. Quæ autē  
ex iecore oritur, hanc altricem uocant, ex  
cruentis alui deiectionibus initio quidem  
aquosis, & tenuibus, deinde uero amurcæ in  
modum crassis. Quæ uero ex cerebro origi-  
nem ducit, animale nōnulli peculiari no-  
mine uocant, arbitrarij motus imbecillitate  
dignoscit. In alio autē opere de eiusmodi affe-  
ctibus, ex quibus multa sunt a medicis præ-  
termissa, seorsum tibi conscribemus.

## C O M M E N T .

Res hæc notior est quæ demonstrari debeat.  
Contraria enim cōtrariorum perpetuo sunt reme-  
dia. Si igitur uirium imbecillitas ex principum  
partium alicuius intemperantia fiat, contrario ex-

cessu resarcienda est, calida quidem frigidis, frigi-  
da calidis, humida siccis & sicca humidis. Imbe-  
cillitatem autē hanc cognoscemus, uitalis quidem  
uirtutis ex pulsus imbecillitate. Nā si is ex se lan-  
guidus sit, necessario infirma facultas est. Per se  
autem languidum esse deprehendimus, cū perpe-  
tuo talis manet: cum uero nunc languidus, nunc  
uehemens est, facultas non ex se imbecilla est, sed  
humorū abundātia degrauat. Altricis uero imbe-  
cillitatem cruenta alui excrementa, primū aquo-  
sa & tenuia: deinde, ut par est, amurcæ modo cras-  
sa. Nam quod liquidius est primum fluit: deinde  
crassius, præsertim cū fluxio nō à ui excretice, sed  
cōtentricis imbecillitate fit. Cū autē cruentorū ex-  
crementorū quatuor sint spēs: Duæ iā cōmemorate,  
nempe aquosorū & crassorū, tertia ubi sanguis pau-  
latim fluit quæ ubi paulatim, et breuibus interual-  
lis distillat: primæ duæ imbecillitatē iecoris indi-  
cant: tertia membrū aliquod mutilatū, uel reten-  
tionem solitæ excretionis: quarta uero, ulcus inte-  
stinorum. Duæ igitur primæ ob iecoris imbecil-  
lam alteratricem, & contentricē facultatem fiunt.  
Hanc humiditas superuacua: illam frigiditas seu  
sola, seu cum siccitate aut humiditate coniuncta,  
infirmam reddit. Animalis facultas triplex est:  
motrix, sensibilis, & princeps. Rursus sensibilis, altera  
propria: ut uidendi, audiendi, odorandi, & tangē-  
di: Altera communis: ut uigilandi, dormiendi.  
Princeps autem triplex: imaginandi seu apprehē-  
dendi, cogitandi, ac memorandi: harum omnium  
actiones cerebri affectū testari possunt: maxime  
motricis actio, ut in quam obeundam magna uis

Virtutum  
trium im-  
becillitatis  
notæ.

Cruentorū  
excremento-  
rū quatuor  
species.

à cerebro distribuatur. Siue enim abolutus, siue de-  
 prauatus, siue diminutus & languidus corporis  
 motus sit, semper cerebri affectus declaratur. Pa-  
 ri modo si aliarum uirtutum actiones aut omnino  
 perierint, aut deprauatae aut diminutae sint, suae  
 originis affectum fatebuntur.

## T E X .

Quoniam autem hactenus symptomata  
 disputando profecuti sumus, rursus ad ea,  
 quae initio proposita sunt, redeamus, unum  
 omnium communem scopum habentes, nempe  
 causam a qua haec omnia fiant, contemplationem.  
 ipsa enim conueniens remedium tibi ostendet,  
 uelut in capitis dolore, si quis cibum fastidiat,  
 & stomachi rosionem sentiat, uomere iussus,  
 uel bilem, uel pituitam, uel utrumque uomitio-  
 ne eijciet. Nulla uero nota uentris affectum  
 testante, considerandum, num repletio, uel  
 obstructio, uel inflammatio, aliquam capitis  
 partem obsideat: quod inuenimus, primum quidem  
 interrogantes, num dolor in uniuersum ca-  
 put sparsus sit, an in parte quapiam uehementius  
 infideat. Postea uero, an cum grauitate,  
 distensione, morsu uel pulsu affligat. Si enim  
 cum grauitate urget, multitudinem: cum mor-  
 su autem, acrimonia uel uaporis uel humo-  
 ris: cum pulsu, inflammatione: cum disten-  
 sione autem, citra grauitatem quidem, ac pul-  
 sum, crudi ac flatulenti spiritus copia: cum  
 pulsu uero, membranaceae substantiae infla-

mationem: cum grauitate uero, retentam in  
 membranarum multitudinem indicat. His igitur  
 omnibus distinctis, causa, unde singula profi-  
 ciscuntur, est consideranda, Siquidem illa  
 curandi rationem tibi demonstrabit: ut cum  
 uel uaporis, uel humoris copia continetur,  
 considerandum est, an ob febris magnitudi-  
 nem fulsi ac uelut feruefacti humores caput  
 subierint, an propter partis imbecillitatem,  
 an totius corporis plenitudinem: haec etenim  
 facile curaueris, nimirum corporis uniuersi  
 uacuatione. Eam uero quae ob partis im-  
 becillitatem, partim quidem reuocando in  
 totum corpus, partim uero affecto loco re-  
 media adhibendo. Reuocamus quidem acribus  
 clysteribus, & uinculis, ac multis infernarum  
 partium frictionibus, sanguinis etiam non nihil,  
 si ita necessitas urget, detrahendo. Partem autem  
 medemur, interim dum in corpus totum re-  
 trahimus, ea capiti inspergentes quae repel-  
 lendi uim obtinent: deinde uacuaes: postea  
 uero roborantes. Repellit quidem oleum  
 omphacinum aut aliquod aliud simile: quale  
 est oxyrrhodinum, & ipsum rosaceum per-  
 se: & quae ex papaueris calycibus, ac teneris  
 oleae termitibus, hederarum corymbis, uiridi-  
 menta, & silymbrio, temperatur: quibus in-  
 crudiore quidem & frigidiore plenitudine  
 repidis uti licet, frigidis uero in calidore, ac  
 biliosiore, Vacuat autem ac digerit oleum cali-

dum solū: præsertim si uel uetus, uel sicyo-  
nium sit, aut si anethum in ipso fuerit cōco-  
ctum: hæc enim abunde uacuant humorū  
plenitudinē, non quidem omnino crassorū  
ac lentorum: sed & si uel spōdiliū uel ser-  
pillum, oleo incoxeris, uel pulegij comam,  
uel calaminthæ, aut mēte, & silymbrij, cras-  
siorē etiam humorē uacuabis. Eadē quoq;  
robur quoddam partibus inferunt, ac debi-  
les confirmant. His itaq; continenter usque  
ad integram curationem est utendum. Et si  
res postulat, etiam per nares & palatū pur-  
gabis, sternutamētaq; ciebis. Quod si ad bal-  
nea hominem deduxeris, caput siccis linteis  
perfricabis, salemq; & nitrū ac sinapim sine  
oleo insperges. Hæc quidem sunt dolorum  
capitis, ex eius partis imbecillitate remedia.  
Cum uero ex febris magnitudine dolor  
accidit, remediaq; efflagitat, frigida cum  
qualitates tum uirtutes, et quæ ex hydrelæo,  
oxyrrhodino, & papaueris calycibus fiunt  
perfusiones, auxiliantur.

## COMMENT.

Doloris differentia ac qualitates sumuntur à  
causis, quæ hunc afferunt, & à partiū, quibus inest,  
natura. Afficiuntur autem dolore partes, aut pri-  
mario, aut partium consensu: uelut si stomachus,  
aut uenter, aut iecur, aut uniuersum corpus labo-  
rat, caput affectus particeps efficit: quod sit trans-  
missis illuc prauis uel humoribus, uel uaporibus.  
Generantur autem in stomacho uapores ob cali-

Doloris dif-  
ferentiæ, ac  
qualitates,  
unde su-  
muntur,

ditatis naturæ penuriam, ac partis imbecillitatē,  
quæ ex cibo & potu uaporosum ac flatulentū spi-  
ritum parit: internamq; capacitatē implet, ac di-  
stendit: distenta uero dolore premit. Nōnunquā  
humor uel ibidem genitus uel aliunde accitus, in-  
terdum & cibus illic corruptus dolorē hūc pro-  
creat, eodē modo iecur, uenæ & uniuersum cor-  
pus, cum capite affectū cōmunicant. Ipsum uero  
caput primario afficit, ab intemperātia: uel sim-  
plici & sine humoris consortio, uel cum humo-  
ribus & uaporibus: istq; uel calidis, uel frigidis.  
Interdum uero à sola plenitudine: nōnunquā etiā  
ab obstructione, quæ uaporē expirari prohibet.  
Ab imbecillitate etiā partis fit, quæ facile humo-  
res, uel uapores ab alijs partibus transmissos reci-  
pit, uel in se parit. Sæpe uero ab aliqua euidente  
causā, ut frigore, æstu, casu, plaga, & temulentia.  
Doloris etiam qualitas deprehendit, ut dixi, tum  
ex causā, quæ hunc attulit: tum ex partis, quæ affi-  
citur, natura: si quidem distendit sine ulla uel gra-  
uitate, uel pulsatione, à copia sit status crudi. Si  
uero cum distentione adsit grauitas, humor abū-  
dare significat. Si cū distentione pulset inflāmatioē  
membra tentat. Si rodere uideat, acrem morda-  
cemq; hunc humorem esse constat. Si pulset do-  
lor, inflāmatio locum occupat arteriosum. His  
ita explicatis, consyderanda causā est, quæ affectū  
attulit. Hæc enim curandi uiam cōmostrat. In-  
terdum enim humor uel acer, uel pituitosus sto-  
machū infestans, cum capite dolorē cōmunicat:  
præsertim si caput hos prompte recipiat, & sto-  
machus, uel uenter, uel iecur, aut generet aut aliudē

Caput quo  
modo affi-  
ciatur.

recipiat: uel ob sentiendi prestantiam, aut debilitatem facile iniuriam hanc admittat. Ad hunc modum si uniuersum corpus prauis humoribus abundat, caput, praesertim imbecillum, hos prompte recipit. Cum igitur stomachus, aut ueter humorum uitio ita uexatur, uomitus ciendus est, epotandum quidem aqua calida, si facile uomat: sin aegre, mittendi in os uel digiti, uel plumae sunt. Quod si ne sic quidem iuentur, cibus boni succi stomachoq; utilis, & quo uti aeger consueuerit, adhibendus est, ut eo humoris acrimonia mitescat, si quae in uentris capacitate humor contineatur. Si uero in stomachi tunicis infartus sit, hiera piera est purganda, qui si ob uiscositate aut crassitudine contumax sit expulsiōi, eum amoliamur extenuando quae crassa sunt, & incidendo glutinosa, ac referendo uias quibus haec exeant. Itaque aceti mali potus, hyssopum, origanum, aliaq; incidentia medicamenta danda sunt. Deinde uomitus raphanide ciendus est perfusionibusq; calidioribus, ac caput aplasmatris fouendus. Si uero uel flatuosum spiritum generarit, uel cibum corruperit caloris penuria, ac partis imbecillitas, hanc roborare oportebit, contrarijs causae quae imbecillitate attulit, adhibitis remedijs. Nam si calor eam peperit, frigida: si frigus, calida adhibenda sunt. Atque ita de relijs partibus, quae affectum cum capite comunicant, censendum est. Pari modo si corpus uniuersum in confensum caput trahat, intemperantiam corrigemus, aut superantem materiam uacuabimus, purgante quidem medicamento, si qualitate peccet: si uero sola plenitudine, sanguinis detractione: quemadmodum

Stomachi  
ac uentris  
humore ui-  
tioso uexa-  
tione,  
stomachi  
uexatio

modum, & si cum febre una accesserit dolor, praesertim si bono habitu sit agrotus, & sanguis abundet, aut etiam febris magnitudo uirgeat. Capiti quoque admouenda remedia sunt, quae vapores sursum ferri prohibeant, & caput refrigerent, quale hydrelaeum est, ozyrrhodinum, & decoctum capitum papaueris. Cum uero ex sola intemperantia dolor accesserit, ei contraria qualitate est succurrendum, si quidem ex aestu contractus sit, primum refrigerantia ac repellentia adhibenda sunt: ut & intemperantia ad naturalem habitum reuocetur, & vapor qui vi caloris sursum trahit arceri possit. Itaque utiliter caput melino primum oleo, & rosaceo perfunditur, uel sana aut fascia eo imbuta oleo fronti & temporibus admouetur. Postea uero digerentia paulatim miscenda sunt, ut receptus in caput vapor discutiat. Si uero frigus iniuriam hanc attulerit, eodem modo oleo laurino, irino, alijsq; id genus uti licebit, ut Galenus libro secundo de Compositone medicamentorum *ἡσυχαστικῶν* docet. At si uel humorum uel vaporum plenitudo dolorem peperit, considerandum est num hi in capite geniti sint, an aliunde acciti. Qualesq; hi sint, calidi ne an frigidi. Nam si aliunde accesserint, hoc est uel ex stomacho uel iecore uel uniuerso corpore, curatio, qualem modo explicabamus, adhibenda est. Sin ab imbecillitate in capite ipso generentur, curare oportet partim retrahendo in totum corpus, partim hoc uacuando, partim uero capiti remedia adhibendo, quae quemadmodum fieri debeant, satis explicat ipsius auctoris uerba.

Capitis do-  
lentis' cu-  
ratio.

Methodi  
curatio

lib. III.

## T E X.

Doloris autē capitis decretoriam vel sanguinis eruptionē vel vomitionem nuntiantis, curatio vestiganda non est. vt pote quā nō symptoma, sed salubre signū potius sit, existimandus: quēadmodum & alia nō pauca, quæ multos quidem ante crīsim terrent, salutem vero promittunt. Optimū autem est posse dignoscere corpus a natura perturbatum, tum alias excretiones, tum maxime vomitum, ac sanguinis eruptionem molientes: quorū inseparabilis nota est capitis dolor. De omnibus autem in alio opere fusius tractatur. Quantum vero ad præsentiē cognitionem attinet, primum seruantes institutū, de ipsis aliquid breuiter dicemus.

## C O M M E N T.

**Morbosī mutatio.** Morbi mutant & in melius, et in deterius, idēque vel paulatim, vel subito. Paulatim quidē in melius, sensum decrescēdo: in deterius vero, morbo paulatim in deterius crescēdo: Subito vero, vel cū abscessu, vel trāsitū in aliū mitiorē morbū vel cū insigni excretionē. Vbi enim morbus magnus est, & vires imbecillę, natura aut omnino nō pugnat: aut si ad pugnā paululum surgat, statim succumbit, vbi vero ea superior est, morbi materiā vel paulatim concoquit, paulatimque expellit: vel totā concoquit, ac simul excernere tētat. Atque hęc morbi mutationē crīsim appellare solēt: quæ morbi finis vomitu, alui fluxione, sudoribus, vrinis, sanguinis e naribus pfusione, hæmorrhoidibus,

muliebri profluuiō, parotidibus, & alijs abscessibus: quę in quibus accidere solēat, mox docebitur. Has autem excretiones præcedit magna corporis perturbatio, nēpe delirū, spirādi diff. culas, caligo oculorum, splendores ob oculos versantes, lachrymę inuolūtarię, tēporū grauitas, ceruicis & capitis dolor, anticipatio, lōgītudo, & uehēmētia accessionis, somnus grauis, stomachi dolor, tremor, ac contractio inferioris labri, æstus uehēmēs, appetētia frigide, & alia id genus, quæ si suo tēpore accidant, sanitatē pollicent: si intempestiue, periculū minant: atque eo quidē maius, quo longius a statu acciderint, quoque matora cruditatis signa apparuerint. Fiunt autē, aut natura paratū humorem ad excretionē propellente, aut humore nondum ad excretionem parato, sua vel mole vel mala qualitate naturam irritante. Itaque in hac corporis perturbatione optimū est dignoscere, an natura excretionem moliat, an concocti iam humoris, an humor ipse naturam irritet.

## T E X.

Primum igitur considerandum febrīum genus est: an calidę sint, ac ardentes. Solent enim hęc excretiones iudicari: quēadmodū mitiores & velut languentes diutius durāt, ac in abscessum plerumque finiuntur. Deinde vero an morbus salutaris sit: nam quis bonam crīsim in pernicioso morbo sperauerit? Ad hęc vniuersi morbi tēpus notare oportet. Nam si principij vel incrementi, nondū vero status, aut coctionis notæ apparuerint

Crīsis si  
gna p̄gno  
stica.

si  
sus  
tūc

si  
sus  
tūc

per vrinas aut sputum aut abscessum bona  
crisis fieri non potest. Hæc quidem sunt, ex  
quibus morbum per excretionem iudica-  
tum iri sperare possis. Iam vero eius, quod  
adeft, nec iam futurum est, hæc sunt notæ: In  
tolerando difficultas vniuersam crisin ante-  
cedit: noctu quidem, si interdium morbus iu-  
dicari debet: interdium vero, si noctu.

## C O M M E N T.

Primum igitur cōsideranda febrium differē-  
tia est, calidæ ne sint ac vrentes, an molles & lan-  
guide. Hæc enim tardæ sunt, & in abscessum finiri  
solent: illæ breues ac excretionem iudicari: Deinde  
an morbus salutaris sit, an lethalis, quod ex eius  
specie, magnitudine, motu, moribus, anni tēpore,  
ægotantis natura, & viribus, dignoscere licet.  
Morbi species ex pprijs notis habetur, Magnitu-  
do ex priorū accidentiū multitudine, ac ve-  
hementia: motus ex accessōnis, ac totius morbi  
partibus. Mores ex superuenientibus accidentibus,  
quæ vel cum crisi inuadunt, vel hæc paululū an-  
tecedunt. Nonnullæ enim febres toto genere salu-  
bres sunt, vt tertiana: alię perniciose, vt pestilen-  
tes: quedã vero ambigunt, vt continuæ, quarum  
quæ salubres sint, quæq; insalubres, cum ex alijs  
tum maxime ex signis coctionis et cruditatis de-  
prehendes. Coctio enim semper salutem promit-  
tit, cruditas vero vel morbi longitudine, vel per-  
niciē. Quod si præter signa coctionis, æger forte  
habeat animū, bene se gerat ad ea quæ offeruntur,  
facile spiret, faciē sanis similem habeat, de cetero

Morbi salu-  
taris aut  
cōtra, notæ

Coctio &  
cruditas qd  
mittant,

accubet, equaliter toto corpore calidus sit, & pul-  
sus boni sint, manifestum est morbum esse salu-  
brem. Contra vero, insalubrem, si cum cruditate  
cōtraria his signa apparuerint. Coctionis & cru-  
ditatis signa in vrinis, alui excrementis, & sputis  
deprehendunt. Reliqua salutis & mortis signa, &  
in toto corpore apparent, & cū excrementis alui,  
sputis, & vrinis excernunt: de quibus abūde Hip-  
pocrates in pgnosticis. Morbi magnitudo (quæ  
ex accidentiū multitudine, & vehementia metri-  
mur) & eius longitudo, cum ægotantis viribus  
conferenda sunt. Nam nisi quantus morbus sit,  
quandiu duraturus, & quante vires sint, noueris,  
morbi, exitus, qualis futurus sit, presentiri nō po-  
terit. Quæadmodum nec sciri, an ad portandum  
onus quis sufficiat, nisi per spectū sit, quàm graue  
illud sit, quata via ad quā fieri debet, & quante vi-  
res portantis. Nam respōdent ægri vires, portati  
onus: morbus, oneri: morbi tempus, vie longitu-  
dini. Igitur si morbus vehemens non sit, nec lon-  
gus, ægerq; virū robore polleat, salutē expecta-  
re oportet. Sin vehemens, & longus is sit, ægro-  
tantisq; vires imbecillæ, mortem. Si autē morbi  
accessio omnia sua tempora, hoc est principium,  
incrementum, statum, & declinationem, celeriter  
percurrat, salutem: sin tarde, mortem potius indi-  
cat. Mores morbi superuenientia ostendunt acci-  
dentia. Quæ si tempestiue veniāt, bona: sin intem-  
pestiue, mala sunt. Tempestiue veniūt in statu &  
apparentibus cōcoctionis notis, intempestiue in  
principio & incremento. Atq; vt semel dicam,  
quo longius à statu & signis concoctionis appa-

ruerint, eo perniciosiora sunt, & deteriorē crisi faciunt quādo à praua humoris qualitate, aut copia naturā stimulantē fiunt. Vbi vero natura malum humorem à bono secernit, & ad excretionē parat: corpus vehementer perturbatur, quod paulo ante crisi fit. Itaq; mirū non est, si noctu, dum inter diu, & inter diu, dum noctu morbus iudicari debet, maxime corpus perturbetur.

## T E X.

Igitur si qd eiusmodi cōspexeris, videndum est, quorū egritudinis dies sit. Nā sunt qui uel paruo naturę impulsu decernere idonei sunt. Sed multi ne in uehementibus quidē cōmotionibus dignoscere omnino possunt, an perturbationis magnitudo pro diei natura sit. Septimus enim uel exiguo naturę instructu crisi per uacuationē mouet. Sextus uero magno naturę cōatu eget, atq; raro quidē decernit. Quod si decernat, id cum periculo & sine fide fit. Ad eundem modū aliorum etiā dierū singulis propria quædam natura inest, quam in libris de diebus decretorijs explicauimus.

## C O M M E N T.

Experientia comprobatum est, non omnibus diebus eodem modo morbos iudicari. Sūt enim qui uel exiguo naturę apparatu decernere queāt, qualis est septimus: alij cōtrā, magno naturę cōtatu ad iudicandum egeāt: in quo genere est sextus: idq; uel cælo, uel naturę, uel morbi motui acceptū ferendum est. Constat enim solis & lune

Decretoriū die,  
sū ratio,

beneficio annum constitui: eundemq; in menses, & hos in septimanas digeri, planetaque omnes alijs temporibus cū alijs zodiaci partibus ferrē pindeq; varias aeris cōstitutiones accidere, unde fit ut res alię alijs temporibus nascantur, augeantur, & uigant: ut post docebimus. Experientia quoq; probatum est, aliam esse aeris cōditionem hyeme, q̄ æstate: autumno, q̄ uere: sub Cane & ante Canem, quā Vergiliarum & aliorū syderum ortu & occasu. Nec id aliud quidem, quā à cælo proficisci ab omnibus iam receptum est. Hac enim ratione mūdus hic inferior cælestibus orbibus, ut Aristoteles libro Meteorologicorū primo docet, cōtinuatur, & iunctus est, quo vim ab eo recipiat. Cum enim sine quatuor elementorum, quæ orbis hic complectitur, mixture nihil gigni possit: ea autem suapte natura misceri non possint, ut quæ sibi maxime sint contraria: opus fuit aliena ope, ad hanc mixturem. Cæterum cum perpetuo fiant generationes, id quod miscet, æternum esse debuit, atque infatigabile, nihil autē tale hoc in orbe inueniri potest. Igitur à cælestibus corporibus quæ æterna sunt atq; infatigabilia cōfundi elementa temperariq; necesse est, ex quibus omnia generantur. Miscentur autem hæc orbium cælestiū motu, accessu ad nos & recessu planetarū, eorumq; & aliorum syderum calore, & splendore, radiorumq; strepitu. Cælum enim non solum ignem suo rotatu, uerum etiā aerem mouet, quod restantur cometæ, qui per aerem feruntur. Hęc autem elementa sic agitata, ob substantiæ suæ raritatis ac tenuitatis cōmisceri, ea maxime parte, qua

Aristoteles

Elementa  
quomodo  
miscantur

se contingunt verisimile est. Solares autem radij  
aerem commouent, authore Aristotele problemate  
trigesimo tertio sectionis vndecimae: quod & sen-  
su deprehendere licet, cum sol per corpora pellucida  
radios suos in locum vmbrosū omninoq; tran-  
quillū ei aculat. In his enim radijs cōspiciunt  
minuta corpuscula velut atoma, sursum ac deorsum,  
dextrorsum ac leuorsum discursantia. Quod  
certe nō fieret, nisi agitato à radijs aere. Aer porro  
& ignis cōmisti, in terrā emissorum radiorum  
& splendoris vi ferunt. Radij enim ob subtilitatem  
corpora etiā densa ac compacta penetrant, ac se-  
cum aerem, & ignē rapiunt. Aqua vero cū terra  
facile ob vicinitatē miscetur: sed cū non sit haec  
vbiq; mari, fluminibus, & alijs aq; vicina aliū de-  
habet humorē, eumq; caelesti etiā beneficio. Solis  
enim, & aliorum astrorū calor, vaporē ex humi-  
dioribus locis in sublime trahit: q; in varijs aeris  
locis in varias cōcrescit formas: nēpe in rosē, im-  
bres, niuem, ac grādū: quae tandem sua mole in  
terram relabuntur, quam & irrigāt. Constat igitur  
caelesti motu, radiorū strepitu, calore ac splen-  
dore, elementa cōmisceri: quae commista, tellus  
velut substratū recipit, non secus, ac panis vinū,  
aut aliū liquorē, vnde omnia, vt modo diceba-  
mus, generantur. Quod poetico figmento Virgi-  
lius in secundo Georgicon ad hunc modum ex-  
presit: Tum pater omnipotens fecundis imbri-  
bus Aether coniugis in grām iūm laxa descendit,  
& omnes Magnus alit magno cōmistus corpore  
fecus. Aether, ignis & aer est, vt Seruius interpre-  
tat, is cū imbribus descendit in gremiū coniugis

Virgilius.

nēpe terrae, in qua multiplices varijsq; foetus gi-  
gnuntur, & aluntur. Cæterum cum sola elemen-  
torū mixtio, ad generationē non sufficiat (miscere  
enim unusquisq; potest, sed non generare, rebusq;  
vitam infundere) caelestis calor tanquā naturae di-  
uinæ primarium instrumentū, res varias pro va-  
rijs elementorū mixturis generat. Quēadmodum  
enim cor per spiritum vitalem omnibus corporis  
partibus calorē suggerit: sic sol, & alia astra, per  
radios feruorem rebus imittunt. Atque quēadmo-  
dum natiuus calor, diuersis membris diuersas na-  
turas, atq; facultates inserit, dum in utero foetus  
formatur: sic caelestis calor, alias formas rebus  
alijs pro varia elementorū crasi ingenerat. vt igitur  
diuersis membris propriam temperaturā ex ele-  
mentorū mixtione sortitis natiuus: sic rebus hoc  
in orbe contentis caelestis calor cōmūnis est. Qui  
cum omnibus inest, tum maxime soli & lunae: illi  
tanquā regi, vt Galenus ait, huic tanquā solis vi-  
cariae. Cum igitur Sol omnis luminis fons, sit, ab  
eō non solum luna, uerū etiam reliqua astra lumē  
mutuantur, proindeq; varijs luminū & calorū  
mixtionibus uarie afficiuntur. Quēadmodū enim  
partes diuersae à corde calorē mutuatae suā quēq;  
habent agendi facultatem: Iecur exempli gratiā  
sanguinis, uenter succi efficiēdi: sic uaria caeli sy-  
dera lumen à solē mutuata uarie hūc inferiorem  
orbem inmutant, atq; vt semel dicam planetarū, ac  
alia sydera se mutuo afficiunt, cum coeunt uel se-  
certis interuallis contuent. Vnde hunc orbem uarie  
mutant: quod munus maxime Lunae, ut Solis,  
uicariae, delegatum est. Nam cū ea sit planetarum

Sol omnis  
luminis  
fons.

Lunę lucis  
ratio.

Cor tanq̃  
rex in cor-  
pore,

omnium infima, terręq; finitima, eorūq; omnium radijs subiecta, celerrimeq; orbem suū percurrat, breui tempore cū multis syderibus coit, eorūq; vires recipit, quas nobis refundit. Quare non immerito his inferioribus regendis destinata est. Vt igitur uenter & iecur, alięq; corporis partes, quo plus natiui caloris habent, eo melius naturę mutus obeunt: sic Luna quo plenior fuerit lumine, eo potētius hūc orbem imutat. Ipsa enim suapte natura opaca est, sed suo ad Solem accessu ac ab eo recessu, nunc tota lucet, nunc dimidiata, nunc corniculata, nūc uero tumentior ac uelut incurua apparet. Sol igitur & Luna (nam de his præcipua est nostra disputatio) cum uarijs astris uarios habent affectus. mores enim planetarū, & stellarū, cum quibus congregiunt, patiuntur. Nihil igitur mirum est, si uarijs temporibus res uarię generentur. Dum enim Sol in Ariete est, pullulant, uirescunt, ac florent herbę, eadem arefcunt, dum Sol in Libram remeat. Ad uitę autē tutelam cor tanquā rex uniuerso corpori præficiť: cui subseruūt uenter, iecur, & alię id genus partes. Quarum uero non idem est officium, sic neq; Solis, Lunę, & aliorum astrorum. Solaris enim feruor rebus difficilioris transmutationis præst. Luna uero ob splendoris caloriscq; exiguitatē, res facilioris mutationis moderatur. Sol uero exiccat, ac absumit humorem. Quomodo calor qui præter naturam est natiuū corrumpit, natiuamq; corporis humiditatem absumit. Exiguus uero excitat in corpore flatu, naturalis uero ac temperatus maturat & concoquit. Luna igitur, ut cui exigua insit caliditas.

Sciendi uirtus, corporis humores excitat, nō qđem omnes, sed qui sua natura facile moueant. Igitur in acutis morbis imperiū potius obtinet, qđ scilicet leui occasione moueantur, idq; intuitu uel aduerso, ei loco in quo ærotare æger cœpit, vel utriq; quadrangulo dextro vel sinistro, vel quadranguli medio. Cum enim Luna signum in quo ipsa incipiente morbo erat, ex aduerso contuetur, tum radijs, tum qualitatibus pugnat: radijs qđem ualidius, qualitatibus impotentius: magno enim radiorum agmine certat, qualitatibus uero ferē semper patietibus. Eadem in quadrangulis lucta sit, sed qualitatū uehementior: aut enim utraq; aut agentium oppositione in hoc scematismo pugnatur: radiorū uero discordia minor est, ut qui minori copia q̃ in opposito aspectu, in signū quo morbus cœpit, ferantur. Hac ratione languidissime quadrangulorum media luctantur: quoniam paucissimis radijs in sese illidunt: maximeq; duo propinquiōra utrinque, altera pluribus, sed tamē paucioribus q̃ in opposito aspectu: utraq; uero una tantum oppositione, eaq; ut plurimū patientium qualitate. Simile quidpiam accidit cū Luna Solem intuetur. Nam ex diametro opposita plena est ex tetragono semiplena, ex aliorū medijs in curua est. Ex his liquet, quadrangulis, quātum ex se est, maximā uim inesse: præsertim cum utraq; qualitatū oppositione pugnant. Sed horū primo, qui septimo die à morbi principio sit, maxime: deinde secundo, qui decimoquarto: postea uero tertio, qui uicesimo, morbi mutationē accipiūt:

Quadrangulis maximus est

Idq; non tam eorum q̄ morbi proprietate, & uirium corporis robore. Nam morbi qui primo quadrangulo finiuntur, q̄ qui secundo & tertio celerius mouentur, & natura ualentior est. Quadrangulorum media, quę septimanę medio, hoc est, quarto eius die fiunt, immutandi quidē uim, sed longe q̄ quadrangulorū, minorem possident. Non enim iudicare morbum possunt, nisi cū acutissimus est, aut morbus coctus, & facillime morietur: sed tamen prænuntiant. Itaq; septimus dies omnium fortissimus est, quę quartus prænuntiat. Deinde quartus & decimus, cuius undecimus est index. Postea uicesimus, quę indicat decimus & septimus. Primam enim septimanā quartus die in duo æqua partitur: Secundam undecimus: Tertiam decimus & septimus, et reliqui pari modo. Porro autem uicesimus, q̄ primus & uicesimus potius decernit: q̄ qui ad hunc diem perueniunt morbi, diuturnorū naturam fortiuntur: qui paribus diebus iudicari solent. Præterea septimana non integros septem dies complectitur. Luna enim totum percurrit zodiacū diebus uicenis septenis & triduo. At quoniam non semper nobis equali dierum numero Luna cōspicua est (sepe enim triduo, alioquando minori spatio cum Sole delitescit) neque semper ex equali dierum numero mensis illuminationis constabit: sed magna ex parte 27. uel 26. cum semisse pro Lunę mora cū Sole & celeriore uel tardiore eius ad Solem reditu. Aliquādo enim diebus 30. aliquando 29. cum semisse ad eum remeat. Si igit̄ occultationis tempus, quod ferē est trium dierum, ex tricenis dempseris, dies septē &

Dies decretiij,

Morbi diuturni paribus diebus iudicari solent,

si morbus  
habet diu  
spatium

viginti: si ex uicenis nouenis cū semisse, dies sex & viginti cum semisse remanent: quod tempus mensis illuminationis uocant: q̄ scilicet Luna tunc manifeste nobis illucescat. Vterq; mensis suas vires obtinet: illuminationis quidem communes. Aerem enim nos ambientem immutat, proinde omnibus hominibus, tam sanis q̄ ægris, eundem effectum, ut Galenus ait, ex equo prebet: sed maiorem quidem, cum Luna plena est: Minorem, cum bipartita & cū tunc incuruaq; est: Obscurissimū, dum corniculata est, falcisq; habet imaginem. Plena enim celerrime mouet, ac vehementissimę: propter luminis multitudinem, ut modo dicebamus. Verum breuis est mutatio, quia celerime Luna decrescit. Cū uero delitescit cū Sole, diuturnas habet mutationes, quia id tempus longum est. Cæterum primū illuminationis tempus occultationi est simile, ob id quod Lunę apparentis portio exigua sit, & lumen obscurum, & breui tempore super terram feratur. Mouet enim tunc non splendoris uis, sed accidente quodā dum coit cum Sole, non aliter q̄ Sol ipse dum deliquit patitur. Simile enim quidpiā corpori nostro accidit, dū uis animalis è cerebro in ipsum ferri corpus prohibetur: ut in apoplexia. Cum uero Luna bipartita est obscure quidem immutat, sed minus q̄ cum falcis habet imaginē. In illa enim plus est luminis: in hac minus. In utraq; eadem mutationis celeritas. Alter mensis, quem reuolutionis uocant, septenarijs maxime, deinde quaternarijs mouet, hoc est cum Luna ex opposito, quadrangulo uel quadranguli medio locum inspicit: à quo, cū

Mensis illu-  
minationis  
quid,

Lunę uarij  
effectus pro  
figuratum  
uarietate,

si morbus  
habet diu  
spatium  
Mensis re-  
uolutionis.

Luna in  
morbis im-  
perium.

morbis cœpit, egressa est. Itaq; duplici nomine Luna in morbis, præcipue acutis, imperū habet: nempe lumine, & configurationibus. Sed quomodo secundum horum mensium neutrum, dies decretorij supputari possunt, alius mensis designandus est. Mensis enim reuolutionis ex septē & viginti diebus trientēq; constat. Ideo singulæ eius septimanæ senos dies & horas uicenas complectuntur: duæ vero, dies tredecim cum besse: Tres, viginti cum semisse, qui numerus nō magis ad uicesimū q̄ uicesimum primū referrī potest. Mensis uero illuminationis ferè septem & viginti dies continet, aut, ut dictum est, sex & uiginti cum semisse: itaq; singulæ eius septimanæ secundum priorem positionem senos dies, horas uero denas senas habet. Duæ autē septimanæ, dies tredecim cum semisse. Tres uero continent dies viginti & sextantem. Secundum uero aliam positionē mensis hic sex & viginti dies cū semisse: singulæ septimanæ senos dies, horas uero denas quinas: duę septimanæ dies tredecim cum quadrāte. Tres, diebus nouedecim, & horis quindecim perficiuntur. Itaq; quemadmodum prioris mensis tres septimanæ dies plus viginti possident: sic huius, duæ septimanæ quatuordecim dies non integre continent. Quare, ut modo dicebamus, neuter horum mensium criticis septimanis designari pōt. Si igitur (ut Galeno placet tertio de diebus criticis) hi duo menses copulent, deinde in duo equa diuidantur, nascetur mensis quem & medium & criticum uocant: utriusq; parentis, nempe illuminationis, & reuolutionis mensis facultates sortitus, nimirum

Mensis me-  
dius qui et  
criticus, un-  
de.

illustrationis & cōfigurationis. Coniuncti igitur hi duo menses secundum posteriorem mensis illuminationis positionem, dies pariūt tres & quinquaginta cum viginti horis, quem numerū si in duo partiaris, mensē medium constitues ex sex & viginti diebus cum horis duabus & viginti. Ex quo mense fiunt quatuor septimanæ: singulæ senum dierū cum alterius diei media parte sexta uicesima quarta, & quadragesima octaua, hoc est singulæ senos dies continent cū horis septēdecim & semisse. Quę cum ita se habeant, duę septimanę dies tredecim cum horis undecim continent: tres uero, viginti dies cum alterius diei sexta sexagesima ducentesima quadragesima parte, quę quatuor horas & semissem complectunt. Secundum uero priorem mensis illuminationis positionem, supra cōmemorati menses coniuncti pariunt dies quatuor & quinquaginta, cū triente. diuisi in duo equa mensē medium cōstituunt dierum septem & viginti, & horarū nouem. Siue igitur secundum priorem, siue posteriorem mensis illustrationis positionem constituat mensis medius, uicesimus dies decretorius habendus est, ut ex ante dictis constat. Atq; hæc quidem medico de cœlesti potētia satis sunt: si quis autem exactius nosse cupiat, ex Astrologia petat. De naturæ autē motu superest, ut disseramus. Ea autē ex se ordinata est: definitos enim, ut Galenus ait, & certos motus habet, portionesq; ac circuitus, ut in bene integre ualentibus uidere est, in quibus ea certis tēporibus assuetum cibum cōcoquit, & excremēta expellit. Pari modo in morbis salubribus certo tempore

Astrologia  
quatenus  
medico ne-  
cessaria.  
De naturę  
motu.

materiam delinquentem concoquit, & excernit. Cum igitur natura ualet, & morbi materia, contra naturam non est, certis diebus morbum iudicare solet, nunc tempestiuus, nunc serius, pro humoris conditione, acutos enim morbos citius, diuturnos tardius iudicat: atque hos paribus, illos imparibus diebus. Alij enim humores alios motus habent, si quid biliosus est, alternis diebus, si pituitosus, quotidie. Si vero melancholicus est quarto quoque die naturam laesit, ut prius ostensum est. Quod si natura a morbo superetur, certos motus ac circuitus non habet. Sed ea aut inuadenti morbo non resistit: aut si resistit, postea succumbit, incerto quidem tempore, unde sit ut mori contingat in morbi principio, incremento, & statu. tantum vero in statu aut paulo ante statum salubris crisis fit. Viri enim natura ita materiam moderatur, ut non nisi statim temporibus expellat. Itaque morbos acutos natura iudicare tentat tertio, quinto, septimo, & alijs diebus imparibus, prout materia ad expulsionem parata est, nisi aliunde impulsam sit (quarto enim & decimo quarto die a coeli uis mota iudicare solet.) Nam si bene instituta est, & morbo superior, non ante excretionem molitur, quam materia concocta sit. Quod si uis coeli una concurrat, & coctionis notae appareant, expectanda est crisis saluberrima. Contra, si neque natura ex se, neque uis coeli mouente, neque coctionis signis apparentibus ad iudicium morbus incitatur, non sine periculo iudicabitur, unde decernentium dierum potentissimus est septimus, ut in quo terra natura, terra coelum morbum moueat. Contra periculosissimus sextus, ut in

Crisis quando salubris

Crisis quando bona, & quando contra expectanda.

De diebus decernentium singulorum uis.

ut in quo horum neutrum adsit. Decimus quartus septimi naturam proxime imitatur, quia coelum potenter mouet, ut prius ostendimus. Luna enim ex aduerso locum in quo cepit morbus inuenit. Undecimus & uicesimus septimum sequuntur: hic, quod tertiae septimanae finis sit, ille, quod & impar sit, & secundi septenarij medius. Inter periculosos autem sextus primas obrinet, deinde octauus, decimus & decimus sextus, neque enim naturae, neque morbi motum experiuntur, neque coeli potentiam. Ex his quidem reliquos dies, quales sint facile iudicabis.

## T E X.

Agedum perturbationis! magnitudini dies respondeat: postea considerato, qualis futura crisis sit, de alijs quidem nunc disputare necesse non est. An uero uomitus futurus sit, vel sanguis per nares fluxurus (in eiusmodi enim crisisibus signum unum esse dicebamus. nempe capitis dolorem) ex ijs maxime deprehendere licet: in primis quidem, si ab initio statim non inuasit dolor, tanquam morbi symptoma quoddam, sed in perturbatione crisis praecedente. Deinde, si colescat colicum, & hypocondrium retrahatur, spirandi quoque difficultas quaedam repentina uelut pressio thorace suboritur. Si enim omnibus his incidentibus repente pulsus turgescant, nec in paruitatem recidant, nec debiles fiant, iam iam crisis est expectanda. Si uero praeterquam

Gal.

q̄ non concidunt, etiam in altū attollantur, vehementioresq; reddant, iam inspicienda ægro tātis facies est: in qua si pars aliqua palpitet, aut temporum venæ micent, aut mala, aut naris, aut oculus rubicundior appareat, crisis habendæ maior spes est. Q̄ si inuiti illachryment, aut splendores se cernere sibi videantur, ac manus velut scabentes naribus admoueat, tunc iam non ad fote, sed ad esse sanguinis fluxionem conspicies. Statim enim semel ac iterū scabentibus sanguis erumpit. In his vero ne perterrearis, etiā si delirare ac subsilire hominem videas. Hæc enim sunt humorū sursum tendentiū indicia. Que madmodum & spirādi difficultas, & hypochondria retracta, collumq; una cū capite degrauatū, sed & cum his deliriū signum quoddā sit. Atq; hæc quidē signa sufficient. Sæpe vero & cum his accedit ægro tantis ætas, & natura q̄ spem cōfirmat, præterea anni tempus, & præsens aeris constitutio. Nā si æger adolecens est, aut alioqui calidæ naturæ, aut copiosū sanguinis, maior spes fuerit. Q̄ si prius eidem aut ægrotanti aut sano sæpe sanguis per nares effluxerit, vel hoc solū satis fuerit ad sanguinis profusionis spem habendā. At si anni tempus æstas est, aut si æstas nō est, sed aeris præsens cōstitutio calida, nonne ex his indicium aliquod desumes. Iam vero si & multo eo tempore

per sanguinis profusionē crisis habuerint, præterea sanguine corpus redundet, & solitæ excretiones supprimant, hæc quoq; spem tibi auxerint. Mihi quidē neq; omnino difficile videtur futuram sanguinis eruptionē posse præsciri, vbi tot ac talia signa habeas. Absurda uero res est ac magna imperitia, id non pernosse. Sed sunt qui medicorū huius tempestatis culpa ac incuria, ea demirentur, quæ admiratione digna non sunt. Siue enim ex leua, siue dextra nare sanguis fluxurus sit, ex iam dictis haud difficulter præsenties. Verū medicorum non pauci non solum id difficile esse, sed omnino sciri non posse arbitrantur: tametsi tum hæc, tum aliq̄ omnes excretiones præuideri possint, si duo hæc cōsideraueris, nempe vnde naturæ impetus fiat, & in quam partē vergat. Quæ si noris, defectum supplebis: & immoderatū motū inhibebis, velut exempli gratia, Magna cucurbita sinistro hypochondrio admota ex liene: dextræ vero, ex iecore profluentem sanguinē facile retrahet. eadē quoq; in alijs partibus habenda est ratio. Nā ex vno de omnibus idem colligere licet, si vniuersale cōtempleris. Quocirca hoc loco præsentī libri finem imponā. Deinceps vero de febribus quas phlegmone idest inflammationes accendunt, atq; de alijs affectibus, qui in singulis corporis partibus cōsistunt, differā. Phleg-

monæ autē quasi phlogofesa veteribus dicebantur. A recentioribus vero non omnes. Neque enim herpes, neque erysipelas, neque id genus aliud inflammationibus annumerantur: sed ex calidis affectibus vni tantum, cuius durus tumor & dolor pulsabilis comes est, hoc nomen tribuunt: tametsi non talem solum, sed simpliciter omnes calidos, ac uelut feruidos affectus, febres, ac dolores sequi videmus. De his igitur atque alijs id genus morbis deinceps differemus.

## COMMENT.

Crisis cum excretionē vel sine ea, sed cum abscēssu fit. Excretio vero per vomitū, alui fluxionem, sudores, aut alias vacuationes, vt paulo antedocuimus, quarum alias alia antecedunt perturbationes. Vomitus enim cordis morsus, & stomachi fastidium, que biliosus & mordax humor in ventrē collectus affert capitis dolor mordax, vertigo, hallucinatio, tenebræ oculis obortæ, & alia id genus, que per latis sursum vaporibus sunt, vomitum hunc præcedunt pari ratione si inferius labrum palpitat, & tenue sputum defluit. Fluxurum e naribus sanguinem ostendunt, præcordiorum distentio sine dolore, spirandi difficultas, & capitis dolor grauis, distendens & calidus, hæc enim sunt sanguinis sursum per thoracem ascendētis notæ. Sudores præcedit rigor cū suppressione alui & vrinarum. Hemorrhoides vero fluunt, si solite sint euenire, nec aliarū vacuationum notæ appareant. Menfes vero prænuuntur lunæ

Vomitus  
notæ.

Sanguis e  
naribus flu-  
xuri notæ.

Sudoris  
notæ.  
Hemor-  
rhoidarū  
notæ.  
Menstrua  
notæ.

horum grauitas, distentio & dolor. Alui excrementa expectantur, si cum criticis signis non adsint vomitus, fluxio sanguinis, & sudorum signa. Quæadmodum vrinæ si aluus astricta sit, nec appareant vomitus, profluuium sanguinis & sudoris notæ. Abscessus vero per longas febres, in artibus fiunt: in pulmonis morbis, si quidē male per sputum, aut aluum repurgentur, circa aures hos autē grauis somnus, surditas repentina, & dolor capitis antecedunt. Hæc autem omnia præuidere poteris, si unde naturæ impetus fiat, et in quâ partē vergat, cōsideraueris. Semper enim a morbi loco per directū natura mouere debet: hoc est, eodem modo, quo se venarum & artiarum stamina, ac vniuersum corpus habent. Itaque rite in febribus ardentibus excretio fit per fluxionē sanguinis e naribus, sudores, vomitū, alui defectionem, & vrinam. In tertiana per vomitū, sudores, & alui excrementa biliosa: quemadmodum per pituitosa in quotidiana: In phrenitide manat sanguis e naribus, sudor e capite ac toto interdum corpore erumpit. In lienis inflammatione profluit sanguis e nare sinistra: in iecoris, ex dextra, & in reliquis partibus similiter per directum videtur. Exemplaria typis excusa habent. μετ' εὐδαιμονίας καὶ ὀδύνης φλεγματώδους, legendū est σφυγματώδους.

Alui excre-  
mentorum  
notæ.  
Vrinarum  
notæ.

Abscessus  
notæ.

Naturæ  
motus quomodo  
sunt esse deo  
beato.

Finis libri Primi.

N III

GALENI DE RA  
tione curandi ad Glauco  
nem Liber Secundus,

Martino Acakia Medico,  
Interprete & enarratore



E singularum autem corpo  
ris partium affectibus Glauco  
deinceps differemus, ab infla  
matione exorisi: vt quæ & fre  
quentissime incidat, & pluri  
mas habeat differētias. Quibus omnibus fe  
bres accedere solent. Itaq; omnium cōmu  
nis est immoderatus calor. ac uelut phlogo  
sis: idest inflammatio. Vnde & ipsis phleg  
mones nomen veteres indidere. Harum au  
tem cuique sua inest differentia, ex qua eius  
tum species cognoscitur, tum idoneū reme  
dium suppeditatur. Aliam enim herpes,  
aliam erysipelata, aliam phygethla, & aliam  
aliæ inflammationum species curationem  
efflagitant. Quocirca hic quoq; dignoscen  
dorum recte affectuum facultas rursus an  
tecedit. Atq; hoc primum tibi scribere co  
nabor, vbi omnium inflammationum dif  
ferentias ab initio distincte constituerō.

Corporis partes aliæ eiusdem rationis sunt,  
ὁμοιομετρῆς Græci vocant, nos similes  
dicamus: aliæ instrumentales sunt. Illarum  
affectus in intemperantijs, harum vero in figura,  
numero, quantitate, & positu vitiatas consistunt:  
vtrarumq; cōmunis est vnitatis solutio. De cu  
ius & aliorum omnium differētis in libro de Dif  
ferentijs morborū abunde Galenus disputat. nō  
nunquam vero ex his plures, nōnunquam omnes  
eiusmodi affectuum differentia eandem partem  
occupant. In inflammatione, verbi gratia, intem  
peries est calida, & figura magnitudoq; vitiatas:  
in abscessu cum inflammatione, intemperātia, fi  
gura vitiatas, & solutio vnitatis. Hi quidem affe  
ctus parti insunt, vt instrumento. Intemperantia  
vero, vt similari. Horum igitur morborum præ  
cipue quidem ex humoribus vel flatibus originē  
ducentium, curationem suscipit Galenus: qui om  
nibus corporis partibus sunt communes: quales  
sunt tumores, abscessus, scirrhi, & quæ inflamma  
tiones sequuntur gangræne. Eiusmodi enim vitia  
alia ex alio humore cōtrahuntur. Siquidem boni  
sanguinis, & mediocris defluxio, eam inflamma  
tionis speciem parit, quæ totius generis nomen  
adoptans, inflammatio dicitur: seruidi substantiaq;  
tenuissimi erysipelas: crassi ac calidi carbonem.  
Bilis vero flauæ herpeta: tenuis pituitæ oedema.  
Eadem in reliquis ratio: de quibus mox differe  
tur, ac primum de inflammatione, vt quæ & fre  
quenter incidat, ob humoris copiam: & plures ha  
beat quam alij tumores, differētias: nempe infla  
mationē speciatim vsurpatam, erysipelas, herpe  
tis.

Corporis  
partiu diui  
sio, earūq;  
affectus.

inflammationis spe  
cies.

Inflamma  
tionis spe  
cies.

tem, & carbunculum, quas omnes inflammatio-  
nes, si quidem magnæ sint, vel locum principis,  
vel cordi vicinum occuparint, febris comitur.  
& alia grauissima symptomata: paræ enim & q̄  
longe à corde distant, solum eam quam obsidēt,  
partē accendunt, nec calorē cum corde cōmuni-  
cant. Cæterum vt inflammationes aliæ alijs sunt  
vehementiores, sic quæ ab his nascuntur febres, alijs  
alijs sunt periculosiores. Carbo enim piculo sam,  
inflammatio mitem, sed tamen magnam, erysipe-  
las & herpes vehementem quidem, sed minus q̄  
carbo periculo sam febrem gignit. Sua autē cuiq̄  
harum inest differentia, ex qua & eas species co-  
gnoscitur, & idoneum remedium suppediatur,  
cuius initium ex affectus natura sumitur. Siquidē  
absurdum sit, vt Galenus ait, aliud esse quod cu-  
randi rationem præscribat, aliud quod curetur:  
etenim indicare de se quicquam magis potest q̄  
de alio. Cum igitur inter se eiusmodi inflāmatio-  
nes differant, earum curandarum non eadem erit  
ratio: sed aliam herpes, aliam erysipelata, aliam  
phigethla, aliā aliæ inflammationum differentia  
efflagitant, vt in sequentibus docebitur. Hinc fit  
vt dignoscendorū recte affectuum facultas, curā  
di rationem antecedit. Qui enim fieri potest, vt  
ignorato affectu, recte q̄s remedia instituat: Post  
constitutas igitur inflammationum differentias,  
antequam curationem moliat Galenus, ratio-  
nem dignoscendorum affectuum conscribit.

## T E X .

Prima itaque inflammationis differentia  
est, qua in humidam & siccam distinguitur.

Cognitio  
morbi, ei  
curationē  
præcedit.

Humidam quidem quæ ex calida defluxio-  
ne partē obsidente fit: Siccam vero, in qua  
citra ullum defluuium natiuus calor accen-  
ditur. Hoc autem quadam tenus uelut febris  
partis ipsius est: quæ cum ad immoderatam  
iam caliditatē & siccitatem peruenit, extin-  
guitur omnino ac emoritur. Quocirca neq̄  
in plura potest diuidi, quæ ad modum altera  
differentia: quæ uti dicebamus ex humorū  
defluxu in partē aliquā fit. Eius enim mul-  
tæ sunt species: una ex sanguinis, altera ex  
bilis, tertia ex utriq̄ simul defluxioe. Atq̄  
etiam in harum singulis, aut iam cōputruit  
quod defluit, aut putrescit in parte infartū:  
idq̄ vel substantia crassum est, vel tenue,  
vel suaue, vel acre.

## C O M M E N T .

Inflammatiō in duo primū diuiditur: nempe  
in siccam & humidā. Hæc ex defluxu fit: humo-  
ris: qui ut multiplex est, sic multiplices, ut dixi-  
mus, parit inflammationis differentias, aliquādo  
enim sanguis, aliquando bilis, aliqui vero uterq̄  
humor in aliquā corporis partē decumbit. Rur-  
sus sanguis aut suaui & substantia mediocris est,  
aut acer, aut tenuis ac calidus, aut crassus ac fer-  
uens. Bilis vero aut exquisita est, aut paulo dilu-  
tior. Ad hæc eiusmodi humores uel in egra por-  
tione, uel altera alteram superante miscentur. Ex  
quorum defluxione omnes inflāmationū species  
generantur. In harum porrò singulis aut iam cō-

Inflamma-  
tionis diui-  
sio prima

Calor nati-  
uus duplex

putruit, quod defluit, aut putrefcit infartū in ipsa parte, unde remedia uariari necesse est, ut in sequentibus docebitur. Sicca vero inflammatio citra humoris commercium fit, efferuescente propter naturā genuino calore, atq; in ea quā obsederit parte febrim accendente: ut stomacho, iocinore, ac etiā corde, unde hectica febris nascitur. Hunc autē calorem natiuum duplicem esse in superiore cōmentario ostendimus: alterum uaporosum ex aerea aqueaq; substantiā constantē: alterum uero, uel substantiam uirtutum esse, uel harum primū instrumentum, id est uel quatuor elementorum, uel eorum qualitātū contēperamētū. Sic enim putat Galenus, per harū enim qualitātū moderationem probe suo munere fungitur uirtus, quæ ex debita eorundem cōmistiōne nascit. Siue igitur calorem hunc dixeris uirtutum substantiā esse, siue primū earum instrumentū, id est qualitātū contēperamentum, nihil refert. Hæc quidem similibus partibus primū inest, proinde uirtutum actiones primum illis ferunt acceptæ. Igitur si eiusmodi partes ad certum quandam modum caloris excesserint, fit sicca de qua nunc agimus inflammatio, quæ & phlogosin græci, & phlegmonen uocant, quæ loco primario similibus partibus inest: ex accidenti uero, instrumentis. Quod si imodice excidentur ac incalescant, non solum febris aderit, sed iam partis tabes et mors. s. resolutio natiuo calore. Is enim elementa miscet & mista conseruat quādiu ualet, ut prius ostensum est.

T E X .

Si igitur sanguis bonus, ac crassitudine me-

diocris, uniuersim in aliquā partem fluxerit, atq; ob multitudinē constipetur, dolor uehemens, nisi pars omnino hebetem sensum habeat, hominē corripit: pulsusq; in profundo infestat, & distendi partē ipsam uisq; quaq; ac contundi æger putat, tantūq; sentit calorem, ut deuri uideatur, ac refrigerari cupiat, rubor quoq; qualis ex balneis accedit, aut ad ignem, uel alio quouis modo factis in cute apparet. Affectus hic totius generis appellationē accepit, uocaturq; inflammatio: quemadmodum & aliæ multæ species sui generis nomen adoptarūt. Oriturq; frequenter ex omni fere occasione: nimirū vulneribus, cōuulsionibus, contusionibus, rupturis, lassitudine, quā exercitatio attulit, luxationibus, fracturis, & spōte natis uleceribus: præter hæc omnia, cum uenæ immodicæ plenæ in eam partem, quæ tunc recipere maxime sit idonea, superuacuum humorē fundunt: ea autem pars cæteris est aut imbecillior, aut rarior, et solutior, aut ad attrahendum promptior, aut immobilior, quacunque de causa ad has affectiones perducta fuerit. De hoc enim disceptare nunc non statuimus.

C O M M E N T .

Ex sanguinis fluxu copiosioris, q̄ parti sit ex usu, fit ea inflammationis species, quæ peculiariter

Inflam-  
tionis cā.

inflammatio dicitur, à suo genere nomen mutuata, fluit autem sanguis parte que affligit, hunc uel recipiente, uel attrahente, & alia alijsue transmittentibus. Attrahit autem uel morbofo calore uel dolore obfessa. Calor ex immodica fit exercitatione, ad motu rerum calidarum, & alijs id genus causis calidis: dolor uero tum ex calore, alijsq; intemperantijs, tum soluta unitate: soluitur hæc uulneribus, conuulsionibus, rupturis, luxationibus, fracturis, & sponte natis ucleribus. Transmittit uero pars, uel partes, cum uenæ uel imodicum, uel acrem humorem. uim excretoriam impellentem, continentem quem facile pars recipit uel imbecillior, uel rarior & solutior, uel immobilior. Itaque glandulæ facillime omnium partium fluxiones recipiunt, propter raritatem, laxitatem, uirium naturalium imbecillitatem, & quia minus moueri ad fluxum repellendum idoneæ sunt. Inflammationem uehemens dolor comitatur, si qui defluxit sanguis, in parte afflicta impactus sit. Cum enim is, ut Galenus docet, aliquod decumbit, primum eius maiores uenas opplet ac distendit: deinde minores, atque ita res procedit, donec ad minimas sit peruentum: in quibus ubi ualenter impacta fluxio est, nec adhuc sistit, partim eius per ipsarum ora, partim per tunicas uelut colatum foras transmittitur, tum uero spatia ipsa uacua que inter prima sunt corpora, fluxione implent. Sic omnia ab humore omni ex parte incalescunt, & perfundunt. Ea sunt, nerui, ligamenta, membranæ, caro ipsa: & in primis arteriæ & uenæ: quæ scilicet & prima & præter cætera dolore afficiunt. Quippe que interius à fluxione tum

Glandule  
cur facillime  
fluxiones  
recipiunt.

scribitur  
ad motu

excalfiunt, tum distenduntur ac diuelluntur: exterius non modo excalfiunt, sed etiam premunt ac degrauantur. Reliquæ particulæ aliæ comprimendo solum, uel incalescendo: aliæ utroque genere laborant. Hæc quidem Galenus. Itaque ex hac plenitudine oritur tumor, ex tumore cutis distensio, ex qua & renixus, sanguis porro is cum minime diffletur propter obstructionem, necessario putrescit. omnino enim calida & humida in calidum locum collecta, si non euacuant ac refrigerant putrescunt. Ex putredine uero augetur calor præter naturam: qui primum quidem ac maxime, ut idem author ait, arteriarum & uenarum tunicas calfacit: mox uero omnia, quæ extra has sunt, quibus scilicet circumfunditur. Cum igitur dolorem uel intemperantiam uel unitatis solutio generet, utraq; autem inflammationem sequatur: mirum non est, si uehementer pars inflammata doleat, nisi sensu admodum sit hebeti: atque eò magis, quod maior calor ac distensio est: eò quoque magis affecta pars renittitur, quod ea magis tenditur. Ea autem magis tenditur, quod maior fuerit defluxio. atque hac ratione pulsus magis in profundo infestat & dolorem patitur, scilicet arteria uicinas partes dum micat percutiète. unde & distendi locum, & uelut cõtundi æger ipse sentit. Quod si inflammata iam sit arteria, percutiens simul & percussa dolorem auget: rubor quoque inflammationis nota est. similis enim in cute color humori apparet. In quibusdam exemplaribus legitur, ἢ παρὰ τὴν περὶ θαλασσησιν, ἢ τριφθῆσιν, ἢ πῶς ἄλλως θερμαντησιν. Itaque legere qui uolet poterit: rubor quoque qualis ex balneis, aut exercitatione,

scribitur  
ad motu  
fluxiones  
recipiunt.

aut ad ignē, aut alio quouis modo, calfactis, &c.

## T E X.

Flaua bilis, quādo suam seruās naturam, per uniuersum corpus cū sanguine fertur, arquatū morbum parit. Herpeta uero, cū sola a sanguine secreta est, ac in parte aliqua consistit: quæ si crassa sit, totam cutem, vsq; ad subiectam carnem, exulcerat. Atq; hunc Hippocrates ἐξιδίμενον, id est exedentem uocat. Sin tenuior bilis sit solam superficiē quaſi deurit: atq; hæc species generis nomen accipit, simpliciterq; & sine adiectione herpes nominatur. Aliarum enim duarum formarum altera modo commemorata herpes ἐξιδίμενος, id est exedens: altera uero miliaris dicit, q̄ pustulæ paruæ ac multæ in summa cute excitantur milio similes. Fit autē eiusmodi herpes etiā ab ipsa bile, sed minus q̄ priores, acri & calida.

## C O M M E N T.

Flaua bilis suam seruat naturā, quæ non nimia coctione ut atra, crassescit, aut cui alius humor nō sit permixtus. hæc igitur si crassior sit, hereatq; in parte aliqua, totam eius cutem exulcerans, herpetis speciem gignit, qui ἐξιδίμενος, id est exedens dicitur. Quod si dilutior sit, altera species nascit, quæ quia pustulas paruas milio similes habet, miliaris appellat. Dilutior enim partes omnes vsq; ad summā cuticulam transit, in qua paruas pustulas suscitāt: quæ si diutius morant, in ulcus abeunt.

ἐξιδίμενος  
rog unde  
Miliaris  
unde;

Crassior uero totam cutem vsq; ad subiectā carnem exulcerat. Quod enim humor crassior fuerit, eō minus ad cutē peruenit: magisq; exulcerat eā, in qua moratur, partem quod acrior fuerit ad eundem modum altius uersus cutis superficiem ascendit, quod tenuior fuerit. Ex quo constat alia uicera alijs magis minusue profunda esse, pro humoris tenuitate ac crassitudine. Herpes enim miliaris ex dilutiore, exedens crassiore fit bile: cancer uiceratus, phagedæna, omniaq; cacoethe ulcera, ex crasso, feruidoq; humore.

Vlcera uerriatur pro humoris qualitate.

## T E X.

Quod si ex sanguine & flaua bile iusto calidioribus fluxio mista fuerit, aut ex sanguine quidem, sed feruido ac substantia tenuissimo, affectus erysipelas uocatur, multo inflammatione calidior, aspectuq; flauior. Et si tetigeris, sanguis facile suffugit, rursumq; affluit, exquisite tenuis, & uisu ruber, nō tam æque cruciat erysipelas, atq; inflammatio. Neq; secundum ullam inflammationis, speciem, aut pulsat, aut premit, aut distendit. Verum aliquando moderate oīno infestat, & maxime cū in solam cutē sparsum est, minimeq; subiectam carnē lædit, atq; magna ex parte tale fit, exquisitumq; erysipelas est. Quēadmodum id quod subiectā carnem inuadit, minimeq; ex plane tenui fluxione fit, solum erysipelas nō est, sed iam mistus ex erysipelate & inflammatione affectus, in quo cum

ppria erysipelatis symptomata prævalent,  
a recetioribus medicis erysipelas phlegmo-  
nodes: cum vero inflammationis, erysi-  
pelatodes inflammatio dicitur. Quod si neutrius  
luculenter uincant, sed paria cernant, infla-  
matio & erysipelas mista esse dicuntur. Itaque  
exquisitum erysipelas solius cutis est uitium.  
Aut inflammatio non solum subiectarum cutis  
partium, quam maxime quidem harum, sed  
& cutis aliquando affectus est. Atque hæc qui-  
dem non minorem alioqui quam illa dolorem  
inuehit, sed pulsatione caret.

## C O M M E N T .

Erysipelas  
duplex.

Erysipelas, ut & herpes, duplex est. Exquisitum  
& minime tale: illud ex bilis & sanguinis calido-  
rum mistura ortum habet, aut sanguine quodam solo,  
sed feruido substantiaque tenuissimo, atque in cutim  
usque externam spargit, cuius solius est uitium, cali-  
dus erysipelas est & aspectu flauus, scilicet ma-  
teria, ex qua fit, tum calidiore, tum colore flauiore.  
Hoc vero ex fluxione minus tenui, atque id ad sub-  
iectam carnem peruenit: quod proprie erysipelas non  
est, sed ex erysipelate & inflammatione affectus, qui  
nunc erysipelas phlegmonodes, nunc inflammatio  
erysipelatodes, dicitur. Ab eo enim, quod in mistu-  
ra pollet, nomen sortitur. Quod si neutrum uincit, uitium  
inflammatione atque erysipelate mistum appellatur.  
Eiusmodi igitur humor ex quo erysipelas exquisitum  
gignit, mediocri quodam sanguine dilutior et calidior  
est: exquisita uero bile crassior ac minus acer.  
Quocirca partem magis in tumorem attollit, quam  
exulceret.

exulceret: ut Galenus lib. de Timoribus qui sunt  
præter naturam, docet: quanquam tamen & exulce-  
rat summam cutem, & temporis spatio subiectam  
partem, si producens eum affectum humor cras-  
sior sit, & acrior, hinc rursus fit, ut prior erysi-  
pelatis species duplex sit. Altera, quæ cum ulcera-  
tione: altera, quæ sine ea fit. Hanc si digito presse-  
ris, sanguis ut pote tenuis, facile fugit, reditque  
ante rubicundior. Nam ante pressum biliosior eius  
ac flauior portio summam cutem occupabat (tenuior  
enim qui flauus est ad eam partem magis fertur,  
crassior uero ac ruber minus) digiti autem pressu,  
qui sub cute latebat, sanguis, effugit, reditque ad  
compressum locum cum flauo mixtus, cum premere  
desinis. unde rubicundior apparet, sed tamen mi-  
nus quam in inflammatione: minorique quam hæc  
dolore erysipelas afficit. Nam neque cutem conten-  
dit, neque premit, neque pulsationis sensum infert.  
Cæterum quæ cutem obsidet inflammatio, non  
minorem dolorem inuehit, quam quæ subiectam  
carnem. Vtraque enim communes habet doloris  
causas: nempe partis caliditatem immodicam, &  
distensionem: uerum quæ in carne consistit, maio-  
rem: quæ in cute, minorem sentit pulsationem. Nam  
in illa magis, in hac minus premitur arteria.

## T E X .

Cum uero sanguis admodum calidus ac  
crassus est, in quancunque partem conferim  
fluxerit, hanc exurit, ulcusque cum crusta effi-  
cit. quicquid uero circumstat, in inflammationem  
attollit, feruentem, ac dolore graui consili-

Gal.

O

Erysipelas.  
Exquisitum  
duplex.

stantem. Vocatur autem huiusmodi affectus, carbunculus, Quod si influēs, sanguis niger sit, crassus, sæculentus, ac feruidus, qualis est prior, admistamq; sanie quandam tenuē habeat, pustulæ in cutis superficie oriuntur his quæ ex igni fiunt, similes sub quibus ruptis crustosum vlcus inuenitur. Est & hic affectus etiam carbunculus. Totigitur sunt inflammationis species secundum affectus naturam diuisæ.

## COMMENT.

Carbunculus vnde:

Quæadmodum sanguis tenuis & feruidus erysipelas gignit, ita vehementer calidus & crassus carbunculi, qui quancunq; occupauerit partem, deurit, ulcusq; cum crusta efficit, & cingentē partem in inflammationē attollit, feruentem, ac graui dolore affligentem, valenter enim ob materię crassitudinem vrit, vlcerat, ac crustam inducit, non aliter atq; candens ferrum, quod flamma potentius vrit. Alterum carbunculi genus parit sanguis niger, crassus, sæculentus, ac vt prior, feruidus, cui admista sanies quædam tenuis sit, quæ agnendis in summa cute pustulis, ijs quæ ex igni fiunt, similibus, materiã suggerit: serosa enim hæc humiditas, vt quæ tenuis sit, facile in cutem, vt diximus, erumpere potest. Inter quã & subiectam carnē conclusa pustulas parit, sub quibus ruptis crustosum vlcus inuenitur. Quæ autē huiusmodi affectibus rebris superuenit, vite sæpe periculum minatur. Quod vt melius intelligatur, scire licet crassum hunc humorē multiplicem esse primum

Crassus humor multiplex,

sæci vini proportione respondentem, qui in animi mali, dum naturaliter se habet, quotidie gignit. Is diutius in loco calido moratus, adustione in atram bilis atræ speciē, eò deteriorem, quo magis incaluerit transit. Tertium vero ex staua bile, supra modum retorrída: prima quidē species mitis est: secunda maligna: quemadmodum & tertia. Atque harum singularum magna est latitudo, in maioris & minoris ratione. Qui enim vini sæci humor proportione respondet, magis minusve tum niger tum crassus est, quemadmodum reliqui duo magis uel minus vsti, vnde constat ex atra bile varios differentesq; affectus oriri, ex primo genere cancos sine ulcere, quos & latentes appellant: cum vlcere, si acrimoniã quandã humor adustione cõtraxerit. Ex secundo & tertio, si quidē vehementer adustus sit, carbunculi, sæpe vero eo malitiæ humoris peruenit, vt carbonem pestilentē generet.

Cancer sine vlcere & cum vlcere vnde. Carbo pestilens vnde.

## TEX.

Multas vero species quispiã forte putauerit esse prætermittas, nominum multitudine hallucinatus: cuiusmodi sunt bubones, phymata, phygethla, ophthalmiæ, peripneumoniæ, pleuritides, & alia multa similiter nuncupata. Omnia enim hæc inflammationes quædam sunt, in ante dictis formis comprehensæ, quarum quæque diuersam sortita est appellationem. Quoniam qui primi hæc nomina indiderunt, compositam intelligentiam, tum ipsius affectus, tum partis hunc continentis, verbo vno explicare voluerunt.

Sunt enim bubo, phyma & phygethlon, glandularū affectus. Bubo quidem inflāmatio: Phyma vero affectus est, qui & celeriter augetur, & ad suppurationē festinat. Phygethlon vero phlegmonodes vt vocāt erysipelas est, aut inflāmatio erysipelatodes. Ad eundem modū Ophthalmia, inflāmatio est eius membranæ, quæ corneæ adhæret: Pleuritis eius, quæ costas succingit: Angina fauciu: Peripneumonia vero pulmonis. eadem quoq; in reliquis est ratio.

## C O M M E N T.

Morborum differentie maxime ab essentia rei sumuntur. Nomina vero primi authoris arbitrio sunt indita, aliquādo quidem, vt docet Galenus, à læsa particula sumpta nuncupatione, vt pleuritis: aliquādo à symptomate aliquo, vt tenesmus: aliquando ab utroq; vt cephalalgia: nonnunquā vero à causa tā vera, quā purata, vt melancholia, cholera: quandoque à similitudine ad aliquid extra positum, vt elephantiasis: aliquando à quadam affectus proprietate, vt phyma: interdū vero ab eo qui primus affectum est expertus, vt lephium: interdum ab eo qui primus curauit, vt chironium: aliquando vero ab alia re, itaq; horū non vna est notio. Phyma, gratia exempli, non simpliciter ac absolute inflāmationem significat, sed glandularum: atq; eam quidem quæ celeriter augetur, & ad suppurationē festinat. Si igit inflāmationum differentias ab essentia rei ducas, nempe humoribus cōsyderes, nihil præter-

Morborū  
differentie  
vnde.  
Nominū  
sō varia.

Phyma qd

missum esse deprehendes, si quæ prius declarata sunt, memineris. Sin nominum multitudinē, vt plura sunt inflāmationum nomina, sic plures quæ declaratæ sunt, species esse putabis: sed falso. Vnus enim idemq; specie morbus plures partes occupare potest, a quibus varia nomina accipit. inflāmatio verbi gratia spectatim vsurpata, si oculum obsider, ophthalmia, si latus, pleuritis: si pulmones, peripneumonia dicitur.

## T E X.

Quæ igitur in conspicuis corporis partibus inflāmationes existūt, prompte cognosci possunt: quæ vero in abditis latent, atque omnino febres afferunt, nō æque, sed mihi quidem videtur eiusmodi dignotio acri iudicio egere, peritiaque naturæ partium: quæ ex anatome, id est dissectione simul & exacta sciētia tum actionum, tum vtilitatum, nobis comparamus: de quibus in alijs operibus disputatum est. Nūc vero de his quidem retexere sermonem non vacat, quādo te de repēte peregre proficisci necessitas urget. Qua ratione autem inflāmationes, quæ in summa cute exoriuntur, optime quis curare possit, tibi primum explicabo, ab eo affectu auspiciatus, qui quæ plurimum incidat totius generis appellationē meretur. In quod id in primis, quod & in omnibus alijs maximā vim obtinet, considerare oportet: nempe vt morbi causa inueniatur.

## COMMENT.

Inflammationes omnes quæ quidem in superficie existunt, euidentibus ac sensui cõspicuis notisprehendunt: quæ vero in corpore latet, ingeniu solers efflagitant, naturæq; partium experientia, earundem tum actionum, tum vtilitatum exquisita scientia: sine quibus omnino morbus nõ cognoscitur. Nulla enim in corpore pars est, quæ non in vsum aliquem condita sit. Siquidem natura nihil temere, sed omnia alicuius boni gratia facit. Magna igitur diligentia partium naturæ, ac proprietates, diligenter scire sunt: vt ex quibus actiones, & vtilitates inueniantur. Hac ratione earundem figura, magnitudo, situs, numerus, est vestigandus. Nam sine horum cognitione neq; actio, neq; vsum, neq; affectus, cognosci poterit. Hæc autem omnia ex anatome, id est corporum refectione, habentur: ex hac enim discemus, partes alias esse simplices, ac vt vocant, similes, id est eiusdem ronis: alias ex simplicibus compositas, quas instrumentales appellant. Considerandũ igitur est, qua substantia sint: neruosa ne an ossea, aut carnosæ. Deinde quã habeant magnitudinem, cum quibus societatem, quam conformationem: quot sint numero, & quo ordine collocata: postea vero quomodo inter se cõnexæ ac cõpositæ. Nam ex his actio & vsum cognoscit. Cõstat enim naturam, vt modo dicebamus, nihil sine ratione cõdere. Igitur vna quæq; pars propriam habet substantiam, ac temperaturam, ab alia differetem. Vnde alia ab alijs partibus actio & vtilitas proficiscitur. Nam pro sua cuiusq; substantiæ specie, propria functionem

Partiũ cor  
poris natu  
ræ, actionis  
& vsum co  
gnitio mor  
bo cogno  
scendo ne  
cessaria.

edi necesse est. Ad vsum enim aliquem suã cuiq; figuram, magnitudinem, & situm tribuit natura: præterea & certum earum partium numerũ. Primum itaq; videndum est, cur hac aut illa substantia prædita sit, id est cur neruosa, carnosæ, ossea, aut alterius substantiæ. Deinde cur rotunda, vel plana, vel excavata, longa, breuis: angusta. Postea cur tot sint numero, & quãobrem sic collocata: quibus diligenter perspectis, actionem ac vtilitatem cuiusq; facile inuenies. Nam semper in omni instrumento pars aliqua inuenitur, quæ primario loco actionem ædit, aliæ omnes huic obsequuntur: vt sine quibus scilicet primaria actio non fieret, vel gratia quartũ melius sit, vel per quas omnia hæc cõseruantur. Progressio, gratia exempli, actio est quam primum ædit musculus: reliquæ autem omnes cruris partes huic famulantur. ossa enim motum firman, ligamenta suis locis ossa continent, nerui sentiendi & mouendi vim in cruriferunt, arteriæ calorem natiuũ suggerũt, & actionem cõseruant, venæ alimentum distribuunt. Hæc omnia ad cõmodam progressionem, eiusq; tutelam data sunt. Cum igitur proba actio æditur, ante dicta necessario secundum naturã habere necesse est. Cum vero aut vitiata est: aut ablata, vitiũ vel in simplicibus vel earũ structura esse constat. Itaq; partium cognitio actionem ac vtilitatem cõmonstrat: hæc vero, si quidem vitiata est, morbum: sed nondum morbi genus ac speciẽ ostendit. Quocirca alia symptomata vestigare oportet, quibus hanc deprehendamus. Hæc autem sunt excrementa & accidentia (ex his enim tribus

ad idem  
vsum, vna  
ingam  
vny obu  
monstron  
tribus A  
vitiis

quoniam  
vitiis  
vitiis  
vitiis  
vitiis  
vitiis

Exemplũ  
de progres  
sione, quis  
cuiusq; par  
ticule sit  
vsum.

Morbi species, mores & magnitudo unde noscantur. Accidētū diuisio:

Exemplū ex Gale-  
no.

Accidētia  
necessario  
inflammationem sequentia.

Exemplū  
ab  
Gale-  
no  
p. 101  
et  
102

nempe functionis noxa: excrementis & corporis  
accidentibus nō solum morbi species, sed & mo-  
res & magnitudo deprehenditur. Accidētia vero  
quædam necessario affectum sequuntur: atq; hæc  
firma signa sunt: quædam non necessario, sed aut  
vt plurimum, aut raro, aut æque accidere ac non  
accidere possunt, atq; hæc aut morbi differentiā,  
aut mores, aut magnitudinem fatentur. Quorum  
omniū exemplo uno vires patefacit Galenus lib-  
de Constitutione artis medicæ ad hunc modum:  
Subijciamus, inquit, membranam costas succin-  
gentem inflammatione tentari, affectio quidem  
hæc, inflammatio est, quam necessario hæc acci-  
dentia sequuntur tumor præter naturam, rubor,  
& dolor. quorum duo nunc sub sensum non veni-  
unt. Solus igitur dolor superest: qui in costas si-  
xus punctiōne inuehit. Dolet igitur homo: quia  
inflammatione tentatur. Doloris autem species  
pungens est, q̄ affectæ particulæ substantia mem-  
branosa sit: costas vero heret, q̄ illic sit locus affe-  
ctus. Quin etiam dolor ipse late diffunditur, pro-  
pterea q̄ succingens membrana plurimum exten-  
sa sit. Febris porro ex necessitate sequitur, tum ob  
affectum ipsum, tum positum affectæ particulæ:  
quorum absente altero, non necessario febris cō-  
sequetur. Neq; enim si digitus inflammationem  
paritur, febris omnino aderit, quando lōge à cor-  
de affectus distat. Quemadmodum neq; si mem-  
brana veltiens costas afficiat quidē, sed affectus  
scirrhus aut cedema sit: verum spirādi difficultas  
necessario ex patiente particula nascetur: vtpote  
quæ portio sit spiritalis alicuius instrumēti. Dif-

facilis autē spirationis species non à particula, sed  
affectu ipso pcedit. Dolor enim spirandi instru-  
menta plurimū dilatari phibet, proindeq; illorū  
actionem intercipit nondum completa utilitate,  
quare nouam celeriter iterare cogunt, minorēq;  
quietem, q̄ pro naturali cōstitutione efficere: atq;  
sic quidem spūs fit & paruus, & frequens. Sed &  
pulsus mutatio necessario ex succingentis mem-  
branæ inflāmatione fit tum ea quæ febribus inse-  
parabiliter inest, tum quæ patientis particulæ oc-  
cassione gignit. Arteriarum enim pulsus illis qua-  
tenus febricitant, maiores, celeriores, & crebri-  
ores insunt, quatenus aut pars inflāmata nervosa,  
est idem cum distensione simul & duritie fiunt,  
Hæc igitur symptomata necessario succingentis  
membranæ inflāmationē sequunt. Ceterum &  
ex his, quæ necessario sequuntur, unum quoddam  
est, nempe dolor minor cum in latus vel affectū,  
vel huic oppositū, vel equaliter in vtrunq; æger  
decūbit. Nam cū membrana, quæ costas ambit,  
duplex sit, si qdem pars exterior circa ossa vehe-  
mentius inflammet, facilius in aduersam partem  
decumbunt. Nam qui in affectā partē iacent, præ-  
munt. Si in interior laboret, quod frequentius acci-  
dit, in oppositum latus decumbentes grauiore do-  
lore urgentur: utpote qbus suspensa sit pars inflā-  
mata. Quod si in partētem locum cubent, minus  
dolent. Neq; enim ab ossibus premunt, neq; suspēsa  
est inflāmatio: sed horū utroq; est libera. Cæterū  
parti quæ pati idonea non est adhæret. Quod si  
vtraq; succingentis membrang pars sit affecta, in  
vtrunq; latus æque decūbit. Quod vero alijs do-

lor ad hypochondrium, alijs ad iugulum perueniat, id ob patientis particule naturam & inflammationis accidens sit, nimirum doloris extensione quoniam aut vsq; ad iugulum membrana cingens costas peruenit, descenditq; ad totum septum transversum, si superiores eius partes inflammantur, uelli iugulum uidebitur: Sin inferiores, dolor ad hypochondrium descendet. Si igitur admodum exigua sit in medio costarum inflammatio, in neutram partem: sin magna, in utranq; dolor necessario perueniet. Quod si sanies quedam ex inflammata parte tenuis manet, exudetq; id tum morbi tum partis occasione fiet, qd & in omnibus oris partibus inflammationis contingit, & oculis. Nam ex humoris influxu consistit inflammatio, & pars rara est, nec uti cutis consripata ac densa. Cum igitur multus simul ac tenuis humor in inflammatione continetur, parsq; rara est, copiosam foras saniem profundit. Contra, si pauca & crassa defluxio sit, corpusq; densum, parum admodum tussis irruabit. nihil vero expuet: quemadmodum si fluxio maxima sit, maxima tum tussis, tum excreatio fiet atq; tussis qdē huic affectui inseparabiliter inest. Tussim vero excreatio non semper comitatur, quamvis id plurimum contingit. Siquid tamen sputum, salua necessario colorata erit, sed non semper colore habebit eundem: quando in inflammata particula non semper excrementum est eiusdem nature: Cum igitur uel cruentum uel biliosum id fuerit (talis enim oino est in pleurite fluxio, quae inflammationem parit) salua humoris in affecta parte contenti colorem refert: rubrum quidem, si quod in cingentem

Tussim ex  
creatio non  
semper se  
quitur.

Salua raris  
tio in pleu  
ritide.

costas membranā defluit, cruentum sit: flauū vero si biliosum. Quod si pituitosus humor primum impactus ac putris, defluxioni quae inflammationem peperit, occasionem dederit, spumosa excreatur: inter dum vero & nigra, si ex retorrido succo, seu is cruentus seu biliosus sit. Igitur id genus omnia simul cum affecta partis ac morbi ipsius dignotione fluxionis differētiā ostendunt. Hæc quidem Gal. Ex quibus verbis facile est deprehendere, quae signa necessario, & quae non necessario pleurite contentent. Nam lateris dolor, febris, difficilis spiratio, pulsus distentio ac durities, tussis, & sputi, si quod reiciat alienus color, inseparabiles pleuritidis notae sunt. Sputi reiectio & hypochondrii iugulique dolor non semper affectum huic sequuntur. In nonnullis enim dolor ad hypochondrium, alijs ad iugulum peruenit. In quibusdam vero in neutram partem vergit, alijs in utranq;. Rursus doloris species affectam partem, eius affectum, ac magnitudinem ostendit. pungens enim, membranam patit: magnus autem & late sparsus, magnitudinem affectionis significat. Sic sputi color affectus differētiā & motus fateat: si quidem rubrum est, ex sanguinis: si flauum, ex flauae bilis: si nigrum, ex retorridi humoris defluxione inflammationem fieri indicat. Sic nigrum magis igniorum: rubrum, mitiorum: flauum, medium inter hos affectum esse testat. Hæc quidem ad internam inflammationem dignotionem pleniorē, mihi explicanda esse uidebantur.

T E X .

Igitur inflammationum, quae in conspicio sunt,

causa quædam est non admodum occulta  
 quæ fluxio appellat: nisi aliquando cum his  
 copulent, quæ ab alia euidente causa fieri vi  
 dentur. Quando enim nulla harum præcedere  
 // pars repente inflammatione est obfessa, causa  
 // quæ affectum attulit  $\xi\epsilon\delta\mu\alpha$ , id est fluxio, mor-  
 // bus vero affectio rheumatica dicitur. Atque in  
 his præcipue inflammationibus, optima per  
 initia curatio adhiberi debet. Nam qui in ipsis  
 error committit, aut curatu difficiles, aut omnino  
 imedicabiles reddit affectiones. Hæc autem duo  
 maxima sunt uitia: nullam totius corporis  
 rationem habere, & locum calfacere ac hume-  
 ctare. Nam in his duobus medici maxime  
 delinquit. Nonnulli enim ex methodica se-  
 cta persuasi & inflammationes omnes, affectio-  
 nes astrictas esse arbitrati, relaxandas esse sibi  
 putauerunt. Sunt vero, qui temere & inco-  
 siderate illos imitant, unum mali agendi ha-  
 bentes patrocinium, nimirum se cum multis  
 errare. Sed neque ex dogmaticis medicis, neque  
 empiricis quisquam ita sensit. verum quod &  
 ratio & experientia suadet, corporis uniuersum  
 congruas vacationes moliri iubent: partem  
 vero inflammata perfundere ac illinire his  
 quæ influentis humoris repellendi vim ha-  
 beant: & qui in affecto loco continent, inanire:  
 roburque ac virtutem affectis iam partibus  
 inferere. Quæ autem vacuando obseruari de-  
 beant, antea diximus, ac nunc quoque paucis

explicabimus, ut deinceps seruata memo-  
 ria, iam te per singulos affectus vacationis  
 indicationes edoceri necesse non sit. Aetatem  
 igitur, tempus, regionem, presentem aeris co-  
 stitutionem, robur ægrotantis, habitudinem,  
 consuetudinem, atque ipsam morbi speciem,  
 animaduertendam esse diximus. Hæc enim,  
 quando vacuandum, aut minime vacuandum  
 sit, & unde & quo modo, docent, uelut in  
 subiecto affectu: Confluat in genu humor,  
 atque repente vehementer intumescat. Tibi  
 vero uniuersum corpus sanguine plenum  
 esse videatur, validæque ægrotantis vires sint,  
 anni tempus uer, & regio modice tempera-  
 ta, adolescensque uel iuuenis sit æger, huic san-  
 guinem ex supernis partibus mittere oportet,  
 secunda cubiti uena uel interna, uel media.  
 Quod si superna pars affecta sit, ex interna  
 ducendus est sanguis. Nunquam enim inco-  
 mode fluxionis impetus in contrarium retra-  
 hit. Cataplasma uero ex semper uiuo & ma-  
 licorio in uino decoctis, rho, polentaque im-  
 ponendum est: ut quod in his optimum sit,  
 omniaque quibus nobis opus est prestare pos-  
 sit. Retrahit enim quod influit, & quod iam  
 continet exiccat, & circumstantes partes co-  
 firmat. Alia autem sexcenta medicamenta eodem  
 modo miscere potes, quorum componendorum  
 rationem ex libris de medicamentis didicisti.  
 Unde in singulis unum aliquod tibi subscri-

bam, futurū monumentū simul & exemplum eius, quæ in alijs est facultatis. Eiusmodi vero remedijs vtendum est, vbi dolor vehemens non est.

## COMMENT.

Ostensum nuper est inflammationē ex sanguinis influxu fieri: fluxionis autem causam esse, aut externam, ut contusionē, uulnus, cōuulsionem, dolorem, & alia id genus: aut internam, vti sanguinis abundantiam, & partis recipientis imbecillitatem. Fluxio autē eiusmodi fit aliqua parte transmittente: Altera facile hunc recipientem vel interdum accersente. Transmittit pars, cū uenę plene immodice sunt, sanguine uim excernēdi interpellante. Recipit autē pars imbecilla, aut rara, ut prius diximus. Accersit vero morboſo calore, vel dolore affecta. Cum igit fluxio partim sit, partim facta est, geminus erit curationis scopus: nempe uacuandi quod influxit, & prohibendi quod influit. Fluxionē impedimus, humorē fluentem retrahendo ac repellendo, roborandoq; partem affectam, & si quid fluxionē accersit, summouendo. Repellimus sectione uenę, si quidē uires ualent. Sin minus, admotis cucurbitulis, vel ligaturis, vel frictionibus, vel calfactis partibus, directe affecto loco respondentibus. Repellimus admotis medicamentis, quæ hanc vim habeāt. Accersentes de fluxionē causas summouemus, partem confirmantes, si imbecilla sit stringentes. si laxa: refrigerantes si calida: dolorē demulcentes, si hoc ægrotus affligat: de quibus omnibus mox dicet. Itaq; cu-

Fluxio quo modo impediatur. Repellendi ratio.

rando errat, qui nullam per initia totius corporis rationem habent. Frustra enim curationē moliris, nisi corpus, si sanguine abundat, prius uacuaris: sed his quę in hac euacuatione seruari debent prius consideratis: nempe ætate, tempore regione, præſenti aeris constitutione, ægrotantis robore & habitudine. Ætas enim infantilis & senilis, hyemis, æstatis ardor, regio & præſens aeris constitutio, iusto calidiores atq; frigidiores, uirium imbecillitas, habitudo corporis vehementer gracilis aut obesa, uacuationē minus admittit. Contrā uero aeris conditio modice temperata, robur uirium, corporis habitudo mediocris, adolescentia aut iuuentus hęc suadent. Ex qua autem uena sanguinis mitti debeat, postea docebitur. Itaq; per initia sanguis mittendus est. Nam is secta tempeſtiue ac cōmode uena, ab inflammata parte in uenas remeat, antequā malam qualitatem cōtraxerit: uulneratus enim locus attrahit, inflammatio uerō expellit, ut in sequētib; docebimus, antequā affigatur sanguis infarciaturq;: unde facile & pellitur & attrahitur, cum & uenę per quas transit humor adhuc pateant, scilicet nondum obstructę. Præterea robur partis conseruat. Quod si tardes uacuare, humor infarciet, corrupteturq; in malam qualitatem, robur partis resoluetur, atque affectus egrius curabit. Cæterū delinquant, qui affectum locū calfaciunt, humectantq;. Hac enim rōne robur solunt, relaxando irritant, recipiendq; fluxioni proniorē partem reddūt. Ea igit imponēda sunt, quæ uacuent ac reprimant, & affectam partem relaxent. Cataplasma igit ex semperuiuo,

Vacuatio nō, quę reuuant, & quę admittant.

Facillimè  
Violab. in  
Econ. et  
recessit

& malicorio in vino decoctis, rhu & polëta vtrūq;  
liter imponitur. Repellit enim quod cōfluit strin-  
gendo: quod continetur, uacuat exiccando, affi-  
ctasq; partes utroq; genere confirmat.

## T E X .

Vbi vero grauiore cum dolore defluxio  
affligit, neque aqua calida, neque oleū, ne-  
que cataplasmata ex triticea farina adhibē-  
da sunt. Hęc enim omnia affectibus ex hu-  
morū influxu contractis aduersant, tamēsi  
lauamentū quoddam statim afferre vidēa-  
tur. Satis enim fuerit doloris vehementiam  
mitigare aliquo ex his quę ex passo, & rosa-  
ceo, ac paucula cera cū his ambobus liqua-  
ta conficiuntur. Hęc autem lana succida,  
quę œsypī plurimū habeat, excipiēda sunt:  
ac æstate quidem, frigida; hyeme vero, te-  
pida admouenda.

## C O M M E N T .

Quoniā dolor, vt diximus, accersit defluxionē,  
hunc mitigare oportet: sed ita vt affectū non in-  
commodemus. Quocirca neq; aqua calida neque  
oleū neq; triticea farina ex usu esse possunt. Nam  
calfaciēdo ac humectādo relaxāt ac robur resolu-  
unt vnde pars imbecillior reddiē, & ad recipiē-  
dam fluxionē pronior. Adde qđ triticea farina suo  
lentore meatus, qbus digeri hūor debet, obstruit,  
proinde calorē auget & dolorē. Imponenda ergo  
medicamēta sunt, quę doloris vehementiā citra  
vllā noxā lauet. Quale est qđ ex passo, oleo rosa-  
ceo, et paucula cera cōficiē succida lana, quę plu-  
rimum

Medicamē-  
tū dolorē  
citra noxā  
leuans,

rimū habeat œsypī, exceptū: æstate quidē frigi-  
dū: hyeme vero, tepidū impositum. Nā rarefacit,  
extenuat, digerit, euacuat, æquabilē reddit humo-  
rem acrē, lentum, crassum, aut multū partibus do-  
lentibus herentē: vaporēq; crassum vel frigidū,  
exitum cōmodum non habentē, discutit, atq; sic  
dolorē mulcet: nullū vero sua caliditate infert in-  
cōmodum. Rosaceum enim calorem infrenat.

## T E X .

Ad hunc modum cataplasmata ex arno-  
glossō, lenticula, pane: & rosaceo adhibēda  
sunt. Paulo vero supra affectū locū admo-  
uenda est spongia vino acerbo imbuta, aut  
aqua frigida: momentum autem aceti satius  
fuerit huic immiscere. Quę si ex his vtilitas  
aliqua memoratu digna accesserit, & nus-  
quam pus appareat, mollibus quę aduersus  
fluxiones temperantur emplastris, vt edum-  
est: ex quibus optima sunt, quę exiccare  
simul, ac repellere fluentem sanguinem ci-  
tra dolorem, possint. Quocirca quę cutem  
vehementer tendunt proindeque dolorem  
afferunt, hęc plus lædunt quam exiccando  
profint. Tale igitur esse debet medicamen-  
tum, quale nobis in vsu crebro est quod ex  
chalcite cōstat, rosaceo temperatū. Si vero  
lanam mundam vino acerbo madentē ex-  
trinsecus superposueris, maiorem vtilitatē  
attuleris. At vbi in parte ipsa pus apparue-  
rit, semel aut iterum cataplasma ex necessi-

Gal.

P



quale ante dictū cataplasma est, q̄ inflātionē  
 incidere. abūde enim exiccat, minimeq; fluxionē  
 aut dolorē excitat. Quōd si vini acerbi aut aceti  
 momentū adieceris, simul fluxionē impedies. im  
 poni semel aut iterum debet, vt obseruemus, an  
 sperare exhalationē possimus, necne. Si enim exi  
 guū est, quod in pus est versum, idemq; tenue, &  
 cutis rara, primo aut altero amplastro multū p̄fe  
 ceris, ac digestionē speraueris. At si puris, eiusque  
 crassi copia, medicamēta superer, nulla exhalatio  
 nis spes haberi poterit: quocirca, vt Galenus ait,  
 exitū ei quod digestionē nō celsit, eo potissimum  
 loco facere oportet, quo est editissimū. quippe te  
 nuissimā illic inuenies cutē. Post incisionē & pu  
 ris vacationē ab oleo omnino, & aqua est tēpe  
 randū: vulnus enim exiccari, ac detergi postulari  
 aqua autē humectat, & oleū fordē parit. Itaq; ad  
 hanc rē vtrūq; est inutile. Cum igitur abluere ac  
 detergere oportet, nullā, posca, vino, & mulso  
 vtendū est. Posca enim sordis crassitudinē tenuat  
 ac resoluit, reliqua detergunt, idēq; citra dolorem.  
 Quōd si post sectionē dolor vrgeat, is primū fo  
 mentis, deinde cataplasmate, mox humectate ali  
 quo medicamēto, aut nō siccate, singulis scilicet  
 extrinsecus superpositis mitigādum est, vt docet  
 Galenus. Si vero pars adhuc inflāmata sit, cata  
 plasma ex lenticula imponendū est. Vacuat enim  
 & repellit, vt modo dicebamus. Sin ab inflāma  
 tione sit libera, aliquod ex emplastris, ac etiam ex  
 ipsis emplastris, quibus in eiusmodi sectionibus  
 vtimur, maximeq; quod ex chalcite cōstat, adhi  
 bendū est, tum vt sanguinis p̄fusio, tum vt inflā

mationis generatio impediatur: atq; hac ratione  
 spongia aut lana uino acerbo imbuta superponē  
 da est. Et si eiusmodi vinū in p̄mptu nō sit, aqua  
 cui tantū aceti admistū sit, vt bibi possit, perfun  
 denda spongia est. Vbi vero nulla iam inflāmā  
 tionis aut defluxionis erit suspicio, deficcare vl  
 cus ac detergere oportebit. Itaq; commodissime  
 vinū marinum, aut aliud quōdcunq; salsum adhi  
 bet. Contrā ineptissima sunt pinguis omnia me  
 dicamēta, quale tetrapharmacum est: vlcus enim  
 fordidū reddit. Cōstat ex ceræ, resinæ, colopho  
 nig, picis, seu taurini, singulorum parī portione.

Tetraphae  
 maci com  
 positio.

Quæ uero ab alijs causis fiunt, humectare  
 ac calfacere nihil vetat. Et si ad suppuratio  
 nē has ducere velis, cataplasma ex triticea fa  
 rina, in oleo & aqua decocta inducendum  
 est. Neq; timēda scarificatio est, siquādo ea  
 opus sit. Quæ uero ex humorum influxu  
 fiunt inflāmationes, non sine magno malo,  
 scarificantur, maxime per initia. Veteras cen  
 tibus autē quæ post totius corporis va  
 cuationē, aliamq; idoneam curationē, duri  
 ciem quandam ac nigrorem in partibus reli  
 querunt, auferre sanguinem non est incom  
 modum. quādo inflāmationes amplius exi  
 stimandæ non sunt. Quemadmodum neq;  
 erysipelas, si iam liuorem contraxit.

Alia, quæ inflāmationem excitant, causæ, sunt  
 vulnus, vlcus sponte ortum, contusio, conuulsio,

Inflāma  
 tōis cause  
 quedā &  
 curatio.

fractura, ruptura, luxatio, lassitudo ex immodica  
 exercitatione, quæ quatenus dolorē in laborante  
 particula efficiunt, fluxionē accerunt. Curatiōis  
 scopus erit per initia quidē, etiā si plenitudo non  
 adsit, venā secare, vt Galenus ait libro de Curatiōe  
 ratione per sanguinis misionē. Citra plenitudi-  
 nem, inquit, inflātionis initio quæ aut propter  
 icū, aut propter dolorē, aut partium debilitatē  
 prouenit, pdest venæ sectio. Nam dolor sangui-  
 nem ad se trahit, & sæpe partium debilitas inflā-  
 tionē, citra corporis plenitudinem procreat. Infir-  
 ma enim pars prompte grauatur, si paulo plus ex-  
 crementi in ea aceruet. Eadem ratione in ijs agen-  
 dum est, quibus pars aliqua corporis grauitus icta  
 est, aut vtrūq; aliter incipientē habet inflāmati-  
 onem: quā si fore magnā suspicamur, ab inanitiō-  
 ne curationē auspicamur, aut purgātē medicami-  
 ne adhibito, aut vena incisa, prout alterum altero  
 magis cōuenire iudicamus, quo pacto dolorem  
 summouemus; deinde qui iam partē occupat hu-  
 morē vacuamus. Nam simul atq; cōquieuerit do-  
 lor, fluxio sistetur, nisi simul plenitudo sanguinis  
 adsit: cuius curandæ rationē prius prodidimus.  
 Si autē distenta admodum pars sit, quam inflam-  
 matio premit, totū corpus vacuare oportet, etiā  
 si plenitudine non labore: postea affectū ipsum  
 neq; si res efflagitat, timēda scarificatio est. Cum  
 igitur neque morbi magnitudo, neq; humorum  
 redundantiā vacationem exposcit, dolor miti-  
 gandus est: & qui affectam partem occupat hu-  
 mor, euacuandus. Itaq; nihil vetat humectare ac  
 calācere. Nā sic quod defluxit, vacuamus, & do-

lorem lenimus. Vbi vero digerendæ defluxionis  
 spes non est, molienda eius cōcoctio est cataplas-  
 mate ex triticea farina, in oleo & aqua decocta.  
 hoc enim suo calore mediocri cōcoctionē iuuat,  
 & lentore meatus obstruendo, partis calorem na-  
 tiuū digeri prohibet. augeri enim eius substantiā,  
 non autem qualitas intendi debet, vt celerius pus  
 signat. Quod si materia crassa est, & resolutioni  
 aut cōcoctioni cōrumax impactaq; carnis me-  
 atibus (qualis esse solet in diuturnis inflāmati-  
 onibus, & erysipelatibus male curatis: scilicet resolu-  
 ta tenuiori humoris parte, crassioreq; in meati-  
 bus relicta) & si in vulnere inflāmationibus  
 aquosa sanies effluxerit, sanguisq; crassior in am-  
 biēte loco remāserit, scarificatio timēda nō est:  
 p̄sertim ubi durities, liuor, aut nigror apparuerit.  
 Locus enim hic durus est, ob impactā crassitudi-  
 nē: liuidus ac niger, ob caloris absentia, qui per ar-  
 terias in affectū locū propter obstructionē perue-  
 nire non potest. Itaq; in eiusmodi affectibus sine  
 piculo scarificandus locus est p̄sertim si, vt mo-  
 do dicebamus, neq; morbi magnitudo, neq; cor-  
 poris plenitudo dehortet. Secus autē fit in inflam-  
 mationibus ex humorū defluxu, nō enim sine in-  
 cōmodo scarificari possunt, p̄sertim per initia.  
 Humor enim alioq; ad fluxionē pronom, trāsmi-  
 tetibus scilicet partibus, eius abūdantiā irritatis,  
 scarificatio proritat. In alijs inflāmationibus to-  
 tus semel ob icū, vel cōtusionem, vel alias cau-  
 sas euidentes, humor defluere solet, accersente hunc  
 dolore. Qui vbi sedatus fuerit, & fluxio conque-  
 uerit, nullū proritandæ defluxionis erit periculū,

nisi ingens rufus ex scarificatione dolor excite-  
 Hoc enim per initia refrigerari desiderat,  
 ac potissimum cum sine manifesta sit occasio-  
 ne. Quando vero iam feruor abest, confert  
 scarificare, & cataplasma ex hordeacea fari-  
 na calidum imponere, & ceratum, aliudque me-  
 dicamentum, quod digerendi vim obtineat.  
 Non tamen ex vena sanguis in hisce neces-  
 sario mittitur: sed ventrem per inferiora pur-  
 gare sufficit, adhibito medicamento quod  
 flauam bilem ducat. Quod si exigua sit affectio,  
 ne hoc quidem necessarium est: sed abunde  
 erit acri uti clystere. Quae vero ex ulceribus  
 fiunt erysipelata, quaeque similiter manifestas  
 habent causas, neque si statim cataplasma  
 ex hordeacea farina, praesertim loco antea  
 scarificatio imponeris, laedes.

## C O M M E N T .

Ut in inflammatione humor quantitate, sic in ery-  
 sipelate qualitate magis delinquit. Itaque in hoc ne-  
 cessaria sanguinis missio non est. Sed ventrem per infe-  
 riora purgare sufficit, medicamento, quod bilem  
 eximat, si affectus magnus sit: & corpus bile abun-  
 dare uideatur: uel acri clystere, si exiguus morbus  
 sit: & corpus bile vacuum. Sanguinis enim missio  
 corpus uniuersum uacuat: quod in erysipelate neces-  
 sarium non est, sed solum, ut dixi delinquentem succum  
 purgare oportet. Post corporis purgationem (nam  
 ante hanc tutum non est fluxione ex ignobili parte  
 intro repellere, timendum enim est, ne in princeps

Erysipela-  
 tis curatio

membrum feratur) affecta pars refrigeranda est, eod-  
 quidem magis, quod bilis sanguine vehementius  
 inflammatur. Semper enim equali medicamentorum  
 excessu contrarius naturae excessus abigendus est: ut  
 in priore commentario docuimus. Refrigerant autem  
 solantum, semperuium, portulaca, umbilicus vene-  
 ris, psyllium, altercum, lenticula palustris, intybum,  
 ceratum ex aqua admodum gelida. quibus tantisper  
 utendum est, dum erysipelatis color sit mutatus.  
 tunc enim a refrigerantibus est abstinendum. Ad  
 contraria vero est transeundum, hoc est ad digerentia  
 & exiccantia. Humor enim hunc morbum gene-  
 rans vacuari debet. ubi igitur feruor subsederit ca-  
 taplasma ex hordeacea farina calidum imponen-  
 dum est, & alia medicamenta, quae digerendi exicca-  
 dique vim habeant. Quod si forte liuor iam locum  
 occuparit, incisa ante cute cataplasma superpone-  
 dum est, perfundendusque locus, plurimum quidem  
 aqua calida, (digerit enim ac plagas abluit) dein-  
 de si materia crassior sit, marina aqua aut muria.  
 Nam crassitudinem incidit ac detergit. Simili modo  
 & quae ex ulceribus aliisque euidentibus causis fiunt,  
 erysipelata primum scarificari debent, deinde ca-  
 taplasma imponi. Nam effusa per vulnus aut ul-  
 cus sanie aquosa, resolutaque tenuiore humoris par-  
 te, crassa substantia meatibus infarta relinquitur,  
 quae cum neque digerit neque concoquitur, scarifica-  
 tionem requirit, scarificatioque exiccationem.

## T E X .

Inflammationi vero erysipelate & ery-  
 sipelati phlegmonodi mista, quoad fieri potest

Refrigeran-  
 tia medica-  
 menta.

omphalid  
 bp sbor  
 uobios 33  
 .c.113

test, curatio est adhibēda, atque ei quod magis vincit, semper repugnandum.

## COMMENT.

Inflam-  
matio erysi-  
pelatodes &  
erysipelas  
phlegmo-  
node qd,  
& eorūcu-  
ratio,

Inflammationē erysipelatodem & erysipelas phlegmonode mistos affectus esse ex inflāmatioe & erysipelate, prius ostensum est, nominatq; sortita à vincēte affectu. In quo enim erysipelas preppollet, erysipelas phlegmonode: in quo vero inflāmatio erysipelatodes inflāmatio, in quo neuter affectus vincit, inflāmatio & erysipelas dicūt. Quibus omnibus facile curationē adhibebis, si quæ de inflāmatione & erysipelate prodita sunt, memoria tenueris. Quoniam autē uterq; affectus calidus est, & ex humorū defluxione fit, uterq; & refrigerari & vacuari desiderat: atq; id ipsis est cōmune. Verum quoniam inflāmatio quātitate, erysipelas qualitate magis premit, hoc magis refrigerari, & minus vacuari: illa contra, magis vacuari & minus refrigerari debet. Erysipelas enim sanguinis missione, & quæ valide repellant medicamenta respuit: refrigerata vero maxime requirit. Contra: inflāmatio totius corporis vacuationem, quæ per missione sanguinis fit, & quæ vehementer reprimant, medicamenta effugiat. Cum igit in hac missione affectus alter alterū superat, remedia quæ preppolenti cōuenire prius ostendimus, tantū augenda sunt, quantū vicerit. Cū vero neuter superat, equali mō mista adhibēda sunt:

## TEX.

Bubo vero, & phyma, & phygethlon eadem ratione, qua & aliarum partium simi-

les affectus, curari debent: præterquam in partibus, quæ hōsdem affectibus laborantes, acriora medicamenta ferre possunt. Cuiusmodi sunt glandulæ.

## COMMENT.

Bubo phyma, & phygethlon, glandularū affectus sunt, ut prius declaratū est. Fiunt autē quēadmodum alię inflāmationes, aliquando quidem ex sola defluxione, aliquādo vero ab euidente causa, defluxionē plenitudo, vel cacochymia parit. Nōnunq; cum plenitudine vel succi malignitate euidens causa. Interdum vero viscerū inflāmatioe. Cum igit sola defluxione bubo excitat, si quidē hunc plenitudo mouit, detrahendus sanguis est, modo nihil phibeat. Si vero sanguinis missione vel formidet vel ferre non possit æger, quæ læsa nō sunt mēbra scarificāda sunt, ut docet Galenus. Manu enim, inquit, laborante, scarificabis crura: Altero vero crurum male habēte, reliquum post corporis vacuationem, non antē, tuto repellentia adhiberi possunt: quēadmodum nec ante purgationē, si ex cacochymia defluxio oriāt: imo si pestilens, ut sæpe fit, vel alioqui maligna sit: repellentibus est oīno abstinendum. Quod si à viscerū inflāmationibus excitatus bubo sit, cōmodissime sanguis ducet ex vena affectui ē directo respōdente. Si vero ab vlcere vel alia euidenti causa, sitq; corpus oīno sanum, id est, non laboret vel plenitudine, vel cacochymia, facile affectus curabitur: nimirum imposito toti mēbro medica-

Bubonis  
curatio,

phyma  
curatio

mēto, quod modice calfaciat ac humectet, vt dolor laxata cute mitiget, quale tetrapharmacū est, oleo vel aliquo laxante liquatū. Neq; enim quēdam modum in alijs, quæ ex deluxione fiunt, inflammationibus restringentia adhibēda sunt: totum vero membrū hapsō lanæ ex oleo calente imbuto circūdandum est. Ipsi vero ulceri imponi debet remēdium, quod dolorē mitiget; super quod & calidum cataplasma ex farina, vel hordeacea, vel triticea, vel ambabus, cū aqua & pauco oleo mistis, extrinsecus dandum est. Inflammate quoq; glandulæ lana ex calido oleo primo die sine sale admouēda est, dolorē enim demulcet. Postea vero remisso tumore & dolore sedato sal addi poterit, quo ipsa desiccet. Si vero unā plethoricum corpus sit, vel malo succo redūdet, à calidis oīno temperabimus: vt quæ fluxionē magis irritent. In primis igitur vacuāda plenitudo erit, si nihil, vt modo diximus, impediāt: & malus succus purgandus. Postea si quæ inflammationis reliquæ super sint, eisdem præsidijs, quæ buboni dum corpus sanum erat, adhibuimus, vt edum, nempe modice calfacientibus, ac humectantibus: deinde mitigato dolore, digerētibus. Quod si de digestionē desperes, maturantibus, & reliquis auxilijs, quæ aliarū partium inflammationibus cōuenire prius docuimus, vteris. Phyma autē, quoniam ferè citra vlcēris occasionē fit, sanguinis mīssionem efflagitat. Cum vero in tantā magnitudinē attollitur, vt glandulas vehementer distendat: post vacuationem scarificari debet: deinde alia remedia adhibenda, quæ post sectiones cōuenire prius docuimus.

Phymatis  
curatio.

mus. In phygethlo vero, quoniā mistus affectus est ex inflammatione & erysipelate, alterutrius remedia augenda, uel minuenda erunt, pro superantis in mīstura ratione, vt modo diximus.

## T E X.

Herpetes autē, quatenus ad vniuersi corporis vacuationē attinet, vt erysipelata, curari debent; quatenus vero ad affectā particulam, nō eadem omnibus cura adhibēda est. Exedētes enim refrigerari volunt, quē admodum & alijs herpetes, & erysipelata: non tamē medicamēta ferunt, quæ præterq; refrigerāt, etiam humectare idonea sunt: sed solum refrigerantia admittūt, præsertim quæ exiccare possint. Quocirca neque lactuca, neque polygonum, neque lenticula, quæ in paludibus nascitur, neque palustris lotus, aut anthyllion, aut psyllion, aut portulaca, aut seris, aut semperuiuū, aut aliud id genus quod refrigerare ac humectare possit est adhibendum: quæ quidem erysipelatibus sunt familiaria. Sed nec spongiæ frigida imbutæ, aliquando, nec solano fidendum est, tamen refrigerare ac exiccare possint, sed modice. Herpetes vero vehemētiore quā solani siccitatē expetūt. Igitur per initia imponendi vitium capreoli sunt, ac rubi, & canini rubi germina, & arnoglossum. Deinde lenticula admiscēda est, nōnunquā & mel, & polenta, & quod prius descripsimus ad

Phygethli  
curatio.

inflammationes ex defluxione cataplasma-  
si ab eo semper uiuū detraxeris. Exulcerata  
autē loca medicamentis, quæ ad herpetas in  
libris Pharmaceuticis, id est, de cōpositione  
medicamentorum descripta sunt, inungere  
oportet. Eiusmodi enim multa passim habē-  
tur in orbiculos digesta, qui, dum usus effla-  
gitat, passo diluuntur. Quod si in promptu  
passum non sit, uino tenui, & albo & leniter  
astringēte, utendum est. Quale Falernū est,  
Massiliense, Sabinum, Adriaticum, & Arfy-  
nium: quæ nondum gustus acrimoniā ve-  
tustate contraxerint. Et si in horū uicem in-  
terdum posca aquosa utaris nihil minus cō-  
sequeris. Iam vero iueteratis vlcibus ne-  
que passo diluēdi pastilli sunt, neq; amplius  
aquosa posca esse debet. At vina quæ astrin-  
gendi vim possident, plurimū iuuant: ma-  
xime qdē nigra, aut si ea desideremus, alba.  
Ex medicamentis vero quæ hoc tempore  
accōmoda sunt, optimū est, quod Polyidæ  
ascribit, Passioni, Musæ, Androni, & alia his  
similia. Herpetes vero qui tantum summā  
cutem exulcerant, nisi veterauerint, nullo  
horum inungere oportet: Vehemētia enim  
sunt ac valide exiccāt, sed eiusmodi herpe-  
tibus sufficiunt, quæ glaucū vim habēt ma-  
xime aquā resoluta. Quod si hæc nihil pro-  
fecerint, acetum miscendum est: vtilius autē  
succus solani, & arnoglossi additur. Hoc

porro in summa in omni vlcere, cognoscē-  
dum est, siue id sponte, siue ex casu, siue ex  
vulnere acciderit, nimirum quod semper  
exiccari desiderat, medicamento, ut inquit  
Hippocrates, non molesto, hoc est neque  
mordente neque irritante vehementer, nisi  
malignum, ac putre sit. Nam id genus vlce-  
ra acerrima medicamēta efflagitant, & quæ  
igni vires pximas habeant. Quale est misy,  
chalcitis, arsenicum, calx, & sandarache.  
ignis enim modo deurunt, quæ si malo ce-  
dunt, ipso igni utendum est.

## COMMENT.

Bilis crassa exedentem, tenuis miliarem herpe-  
tem gignit. In hoc pustulæ paruæ excitant, in illo  
rota cutis vsq; ad subiectam carnem exulcerat.  
Igitur quatenus ex bile flaua uterq; constat cō-  
munē cum erysipelate habet curationem, nempe  
bilis purgationē. Quatenus vero ad affectus ip-  
sos attinet, partim cōmunem, partim diuersam.  
Omnes enim refrigerari volunt, sed non omnes  
exiccari. Nam erysipelas frigidis & humidis, mi-  
nime autē siccis remedijs gaudet, ut modo dice-  
bamus. Herpetes vero refrigerari ac exiccari, mi-  
nime autem humectari volunt. Quoniam rursus  
herpetem tenuis humor creat, abunde fuerit, vel  
alium leuiter soluere, vel vrinās prouocare, atq;  
in miliari qdem blandiori medicamēto, quo dilu-  
tior bilis est, & attrahi pronior. In erysipelate  
vero, qā crassior humor, ideo vehemētiore me-  
dicamento est opus. Quatenus igitur ad affectus

Herpetis  
virtusq; cu-  
ratio.

Herpetis  
virtusq; cu-  
ratio.

Exedentis  
herpetis cu-  
ratio.

Miliaris  
herpetis  
curatio.

attinet, herpetem exiccare oportet: exedentē quā-  
dem magis, quoniam cum profundiore vlcere, &  
humore tum vberiore tum crassiore est. Miliaris  
vero solam cuticulam exulcerat, vt in quo succus  
tenuior sit: ideo minus exiccari debet. Per initia  
igitur vacuato corpore, exedenti herpeti imponē-  
da sunt, quę influentem humorē reprimāt: quod dē-  
iam fluxit, vacuent: quales sunt vitium capreoli,  
& rubi, & canini rubi cacumina, & arnoglōsum:  
deinde vero intendenda medicamēti vis est, ad-  
mittis lenticula quę edendo est, melle, & polenta.  
Eadem vtilitate dari poterit cataplasma, quod su-  
pra ad inflammationes descriptū est, si ab eo semp-  
periuū detraxeris omnia hęc potenter exiccāt,  
& quātum ex vsu est, fluentem humorē regerunt.  
Postea vero vbi exulceratus herpes est, proderit  
(vt scribit Paulus) plumbi recrementū ex cōtule-  
rutę succo, vel myrtino cerato exceptū. Item &  
quod habet lanę veteris illorę, ad tedam crema-  
tę, pondo denariū duodecim & semissem: plūbi  
recrementi pondo denariū vndecim: seui caprilli  
curati, & aqua loti, pōdo denarium viginti quinq;  
olei myrtini pondo quincuncē. Sunt & alia per-  
multa huic vitio accommoda, qualia ex alga & san-  
dyce: de quibus Galenus in Methodo medēdi me-  
minit. Pastilli item apud eundem authorē libro  
de Cōpositione medicamentorū quinto, & apud  
Paulum lib. 7. præsertim vbi iam affectus inue-  
terauerit, quorū optimus est, qui Polyidę ascri-  
bitur, Pasioni, Musę & Androni. Polyidę pa-  
stillus habet aluminis scissilis pondo denarium  
trium, thuris pondo denarium quatuor, myrrhę  
tantūdem,

Polyidę pa-  
stillus.

tantūdem, atramēti sutorij, chalhāri, pondo de-  
narium duum, citinorum pondo denarium duo-  
decim fellis taurini pondo denarium sex, aloes  
pōdo denariū octo, uino auctero excipiunt. Eius-  
modi authoris alius pastillus quę sphragis dicitur  
valens ad idē, habet malicorij denarium pondo  
sex, myrrhę denariū pondo octo, aluminis scissi-  
lis pondo denariū quinq;, thuris pondo denariū  
quatuor, atramēti sutorij pondo denariū triū, fel-  
lis taurini denariū pondo sex, vino dulci excipiū-  
tur, Pasionis, Squamę gris pondo denariū duode-  
cim, æris vsti, aloes, aluminis rotundi, æruginis  
rasę, thuris singulorū pondo denariū octo, vini  
quod satis esse videbitur. Musę, Aluminis, aloes,  
myrrhę, chalcanti, atramenti sutorij, singulę  
sefcuncia: croci, crocomagmatis, singulorū pon-  
do denarium sex, vino excipiunt, Andronis, Ci-  
tinorum pondo denarium decē, gallę pondo de-  
narium octo, myrrhę pondo denarium quatuor,  
aristolochię pondo denarium quatuor, atramen-  
ti sutorij pondo denarium duum, aluminis scissi-  
lis tantūdem, myseos cyprij pondo denarium  
duum passo excipiuntur. Celsus libro quinto ad  
eundē authorem pastillū huic similem refert, ca-  
pit gallę, atramenti sutorij, myrrhę, singulorum  
pondo denarij vnus. Aristolochię, aluminis scis-  
silis, singulorum pondo denarium duum, capitu-  
lorū punicī mali pōdo denarium quindecim, ex  
passo coactorum: hi enim pastilli exedētibus her-  
petibus maxime quę inueteratis cōueniunt. Mi-  
nime vero miliaribus, & qui tantum summam  
cutim exulcerant. Vehemētes enim sunt, ac va-

Gal.

Q

Sphragis  
pastillus  
alius Po-  
lyidę.

Pasionis pa-  
stillus.

Musę pa-  
stillus.

Andronis  
pastillus.

Celsus.

lenter exsiccant. Exemplaria græca typis excusa legunt *καὶ γὰρ ἰχθυῶδες καὶ ἑρπῆδες σφοδρῶς*. Aliud manu scriptū habet *ἐστὶ γὰρ ἰχθυῶδες καὶ ἑρπῆδες σφοδρῶς*, quod nos secuti sumus. Eiusmodi enim pastilli nō exedunt, tantū abest vt vehementer vrāt. His enim Galenus vti in partibus caribūculo vicinis, quas vlcerare nō oportet, ut mox docebit: vehementiores tamen sunt, ac potentius exiccāt q̄ quos miliares herpētes ferant, scilicet leuiter desiccare volētes. Initio tamen reprimētia desyderāt, modo, vt dictum est, corpus malo humore nō abūdet. vbi vero iam fluxus restitit, desiccare magis cōuenit, sed medicamēto blādo: quale est apud Paulum libro septimo: quod recipit, cerussā, amyli, glaucij, aluminis equales portiones, cū vino aut loti palustris succo terunt: q̄ si nihil profecerit acetū, solani vel arnoglosi succus adijciendus est. Omne enim vlcus quacunq̄ occasione natū sit, siue sponte, siue manifesta causa, exiccari debet medicamēto blando minimeq̄ mordente, hoc est, vt Hippocrates ait, *μη περιμαλῶ*, ne fluxio proriteat. Cū enim sanies quædam aquosa vlcus humidū reddat, curationēq̄ remoret, exiccantia requirit. At vbi cacoethes putridūq̄ est, acerrima medicamēta, & quæ igni vim proximā habeant, desyderat. Cacoethes vlcera, id est maligna, sunt quæ rite decenterq̄ omnibus administratis non sanant, vt Galen. docet. Quod sit vel ob vlceratā partjs intemperantiā, vel cōfluentē humorem. Intemperantia aut sola est, aut cū alio affectu cōiuncta: Aliquādo enim vlceris labra, aut tumida sūt, aut putria, aut dura, aut cal-

Cacoethes  
vlcus qd.

losa, idēq̄ vel cum liuore vel nigrore, vel rubore, vel etiā decoloratū vlcus est, significatq̄ ingentē natū in parte vlcerata caloris pernitiē. Aliquando vero adeo increuit affectus, vt & membrang & ossa subiecta corrupta sint. Cōfluens humor deliquit aut quāritate, aut qualitate. Hūc autem effundit uarie supra affectā particulā, uel lien inuictus, uel iecur, uel alia corporis insignis pars, vel corpus ipsū male affectū, vt in Hispanica scabie laborātibz videre est. Sicca igit̄ intemperantia fotū aquæ tēperatę corrigit: tantisper autem foueri debet, dū rubescat atq̄ inflaturq̄ partis moles. Humida vero vino, posca, aut herba austere decoctō emendat. Ad eundē modum calida refrigerari, frigida calefieri oportet. Tumoris autem curatio partim tradita est, partim in sequentibus docebit. Quod si vlceris labra ac etiā ambiēs loci, dura, callosa, aut putria sint, ea vel scalpello excidēda, vel ferro adurēda, aut medicamēto exedenda sunt. Si in solū liuida, nigra, aut rubra appareāt, primū scarificare, ac sanguinē educere oportet: deinde spongiā admouere siccā: postea sicca remedia adhibere: quæ ad perfectā vsq̄ curationē iterāda sunt. Si vero influēs succus nec copiosior nec deterior iusto sit, admotis supra vlceratā partem astringētibus ab refrigerātibus medicamētis repelli debet, sumpto deligādī initio a laborāte parte versus sanā, ut in ossium fracturis: ipsi vero vlceri medicamentū adhibendum est, quod vehementius siccet, q̄ quod simplici vlceri. Quod si fluxus his auxilijs compesci nequeat, huius causam inuestigare oportet, ac adimere. Nam

Hispanica  
scabies.  
Intēperie  
rum qua  
tuor curatō  
tio,

Labrorū  
vlceris vti  
tiatorū curatō  
ratio.

Fluxio in  
aliquā par  
te affectū  
curatio.

si partis imbecillitas occasionem attulerit, imbecillitatem vero intemperatā, hanc cōtraria qualitate, vt modo diximus, summouere oportet. Sin sanguinis copia in toto corpore parit defluxionē, vacuare aperta vena oportebit: si vero cacochymia, purgare. Quod si pars aliquam hunc humorē in affectum fundit, videndū an per imbecillitatē, an plenitudinem id fiat. Nam si varix supra vlceratū locum, succum transmittat, ea prius excidenda est: sin lien inuictus, hunc inanire expedit. Si rursus eiusmodi partes ob affectū aliquem hoc malum cōtraxerint, huic quoq; cōsulendum est. Hæc autem omnia fusissime Galenus libro Methodi medendi quarto tractat.

## T E X.

Quocirca & carbunculis, vt uocāt, super ipsam crustam: vbi pars maxime putrescit, cōmode hoc medicamentorū genus adhibebis, intactis tamen vicinis partibus, ne imprudens sine vlla necessitate exulceres. Sed pastillis ante cōmemoratis vtendū est: qualis est Andronius. Quod si rubor aliquādo locum occupet, aut ingens ardor, medicamentum passo diluendum est, uel arnoglossi succo. Sin tumor magnus sit, primū vino acerbato, deinde adiecto aceto, dissoluitur. Cataplasma autem ex eruina farina, & mulso aceto imponendum est: atque in primis initio statim tantum sanguinis, quantum satis esse videbitur, (nisi quid veter) detrahendum est.

## C O M M E N T.

Carbunculus ex humore crasso seu uidoq; gignitur, cui si pituitosa sanies mista sit, cum pustulis: sin syncerus ac purus. sine his, quam occuparit partem, exurit, exulcerat, ac ei cruitam inducit: magis minusue pro humoris conditione.

Nam vbi crassus sanguis urit, minus: ubi flaua bilis supra modū torretur, magis periculosum carbunculū creat. Interdū vero vitiosam pestilentemq; putredinem contrahit, isq; enecare prius solet. Quo igitur vitiosior is humor est, eo maiore cū periculo in corpus repellit. Refrigerari tamen affecta particula magis cupit, humorq; vacuari, verū is propter suā crassitudinem facile reprimi non potest frigidis ac siccis medicamentis: nec si potest, tuto (si quidem is malignus sit) intro repellitur. Sed nec in affectā particulam affatim fluere sinendus est, ne grauissimum dolorem excitet, ac febrem, & eius quam occuparit partis, natiuum calorem dissipet, nonnunquam etiam cum vitæ periculo. Quænam igitur curadi ratio est adhibenda? Galenus certe primū à sanguinis missione incipit, ac ea quidem que animi deliquit affectat. Hæc enim totū corporis habitum refrigerat, & febrem acutissimā que hunc affectum sequit, extinguit. Deinde affectæ particulæ medicamentum admouet, quæ modice reprimendo etiam digerere possint citra manifestam caliditatē, quale est cataplasma ex arnoglossa, lente discocta, panis mica, neq; plane fuffuracei, neq; à fuffure omnino puri, in furno cocti. Post sanguinis missionē, & mitigatum dolorem, tumore scarificandum

Carbunculus unde, & eius natura, cura, & curatio.

esse censer, incisionibus paulo super mediocres at-  
 tioribus, ppter humoris crassitudinem, vbi scili-  
 cet defluxio iam restiterit. Quod si sub crusta pars  
 putrescit, exedētia medicamēta acerrimacq; qua-  
 lia Galenus enumerat, adhibenda: sed à vicinis  
 partibus abstinere oportet, vt quæ eiusmodi adu-  
 rentibus remedijs non egeant. Satis enim facie  
 Andronis, & alij cōmemorati pastilli vino dulci,  
 ci, aut sapa resoluti: vel si inflāmatio ruborq; in-  
 gens videat, arnoglosi succo, aut vino acerbo,  
 deinde aceto adiecto, si tumor magnus sit. Cata-  
 plasma etiā ex eruina farina & aceto mulso impo-  
 nendum est. Nam & repellit & digerit modice.

## T E X.

Hæc quidē generatim sunt eiusmodi affe-  
 ctuum remedia, quæ pro affectorum instru-  
 mentorū natura mutātur. Quatuor autem  
 ab his sumūtur indicationes, nempe ex eo-  
 rū temperatura, cōformatione, positu, & fa-  
 cultate. Temperatura quidem, siquidem ex  
 ijs quædam sunt natura sicciora, quædā hu-  
 midiora, alia autē frigidiora, alia vero cali-  
 diora: et ex copulatis simplicibus aut humi-  
 diora & calidiora, aut humidiora & frigi-  
 diora, aut sicciora & calidiora, aut sicciora  
 & frigidiora, aut omnino temperata. Sicq;  
 tibi in curando scopus, partis natura. Hæc  
 enim docet quatenus sit refrigerandum aut  
 exiccādū. Carnosæ enim partes inflāmatio-  
 ne obsessæ, leuiter sunt exiccādæ: & venosæ

quidē licet sint carnosis sicciores, non tamē  
 multū sunt exiccandæ. Arteriosæ vero, ma-  
 gis quā venosæ, atq; his magis neruosæ, mul-  
 to vero amplius cartilaginossæ, & osses. Nō  
 enim ante, q̄ ad propriam naturam pars re-  
 ducta sit, finem curationi impositū esse exi-  
 stimandum est. Ad sicciorē autē tempe-  
 raturam reducunt medicamēta natura sic-  
 ciora, ad frigidiorē vero, frigidiora. Ad  
 eundem quoq; modum in reliquis duabus  
 qualitatibus. Ad mediocritatem vero, quæ  
 qualitatū omnium sunt mediæ.

## C O M M E N T.

Quæ generatim omnī inflammationi curatio  
 adhibenda est, hæcenus proditū est. Quo modo  
 vero pro laborātis particulæ cōditione ea sit mu-  
 tanda, definiendū est. Neq; enim partes omnes si-  
 mili morbo affectæ eadē admittōt remedia. Ocu-  
 lus, verbi gratia, non nisi blandissima recipit.  
 Ossa vero acerrima sustinent. Ab his igitur qua-  
 tuor sumunt indicationes, nempe à temperamen-  
 to, formatione, positu, & facultate. Quoniā autē  
 virtus est, qua viuimus, valemus, pbas actōnes  
 edimus, quæq; morbo tanquā aduersatrix oppo-  
 nit, hæc omni rōne in omni valetudine tā p̄spera,  
 q̄ aduersa seruare debemus. Seruamus autem, si  
 quod de eius substātia perijt, refarciamus: aut qd  
 alteratū est, corrigamus, phibeamusq; nequid ex  
 ea deterat, aut in alienam qualitatem muteē. Eius  
 vero substātia in spiritus, carnis & vere solida-  
 rum partū contemperamento consistit, quandiu

Remedia  
 variantur  
 pro partū  
 affectarū  
 diuersita-  
 te.  
 Indicatio-  
 nes a qua-  
 tuor gene-  
 ribus.  
 Virtus sem-  
 per seruā-  
 da & quo-  
 modo.  
 Indicatio  
 a tēperie  
 partis.

enim omnes integræ cōtemperateq; manēt vitiumus, valemus, probas actiones edimus. Contra egrotamus, improbas actiōes edimus, corruptis his ac alteratis substantijs. Rursus eas refarcimus, ac custodimus, spiritalē quidem: in spirabili, trāspirabili, ac vaporoso alimento. Carnosam autē & solidā, cibo & potu. Intemperiem vero corrigimus opposita intēperie, tāta quidē, quantus est excessus, vt prius ostendimus: calidā quidem, frigidis, frigidā, calidis: humidā, siccis: & siccā, humidis. Temperiem vero similibus tuemur: calidā calidis, frigidā frigidis, humidam humidis, siccā siccis, & temperatā temperatis. Tantū porro refrigerare, vel calfacere, vel exiccare, vel humectare oportet, quantū totius nature mediocritatem temperamentum excessit. Itaq; si inflāmatio glādulosam partem obsederit, parum admodum exiccāda erit: si carnosam, parum quidem, sed magis quā glandulosa: deinde venosa & arteriosa: nervosa vero & mēbranosa, amplius: musculosa, inter carnosam & nervosam. Cartilaginosa vero magis, ossa autē maxime exiccāda est.

## T E X.

Conformationes vero ad hūc modum: Partes quędam intra se, quędā extra, quędam autē vtracq;, quędam neutra parte habent spatia: vt ex simplicibus arteriæ, venę, & nerui, illæ in artubus quidem, intra se: in peritonæo vero, vtracq; parte. Nerui autem in artubus, neutra: in peritonæo vero, altera parte. Fere autem viscera omnia tam

intra se q̄ extra lata spatia obtinent. Ad hæc caro ipsa, pulmonis q̄dem rara: cōtra vero renū, densissima est: post hanc, iccoris. Lienis vero substantia tanto densior est q̄ pulmonis, quanto q̄ iccoris est rarior. Itaque in omnibus his quęcunq; neutra ex parte caua habent, que fluxionem superuacuum excipiant, fortiter sunt siccandæ, tametsi natura admodum sicca non sunt, cuiusmodi sunt nerui, & in artubus potissimum. Quę vero tam extra q̄ intra nonnihil inflammationis relaxare possunt, vehementer exiccantibus non egent, præsertim si fungosa earū caro sit, qualis est pulmo.

## C O M M E N T.

Ad rectam partis curationē indicatio ab eius formatione sumit: alia enim aliud medicamentū esse adhibendum ostendit. Nam cum partes alia intra se, alia extra, alia vtracq;, alia vero neutra parte habeant spatia: præterea cum quędam rare sint, quędam vero dense, sit, vt nec eadem medicamenti vehementia, nec modus idem omnibus partibus adhiberi possit. Nam quę tam intra se q̄ extra, cōceptacula habent, quę fluxionē superuacueam excipere queant (quarū præcipue substantia laxa, raracq; sit) vehementer exiccantibus non egent, vt pulmo: qui & intra se latas arterias habet, & extra se pectoris capacitātē. Quę vero neutra parte fluxionē excipere possunt, & dense præsertim sunt, hæ valenter sunt exiccandę, vt nerui in

Indicatio a  
partis for-  
matione.

peritoneo. Nam ubi valenter impacta fluxio est, nec sunt spatia, in que per meatus eius pars mitatur, vehementer exiccari eiusmodi partes inflammatione oblesse debent: alie contra, minus valenter. Preterea que rare sunt, facile; que vero dense, egre foras humorē fundunt. Vbi igitur coierint partis raritas & vtraque parte spatia, que excipere humorē possint, leuiter exiccātibis est utēdum. Vbi vero neutra parte sunt spatia, & partis substantia dura densaque est, vehementer exiccātibis opus est. Quod si alterū tantū adest mediocriter ē exiccādū.

T E X .

Necq; vero prætermittenda est ea, quæ a partis positu sumitur indicatio: ut pote, quæ maxime doceat, per quæ, & quomodo fieri debeat vacuatio. Influentium igitur adhuc humorū retractio, quæ *ἐπίσπασσις* Hippocrates vocat, obsidentium verō iam locū, deriuatio est remediū. Vtrunq; enim vacuationis genus per cōmunes venas fieri iubet. Ex vtero, verbi gratia, retrahes, si cubiti venam secueris, aut sub māmīs cucurbitulas admoueris, aut manus calfeceris, fricueris, ac ligaueris. Deriuabis autē, si quæ in poplite sunt, aut malleolis venas diuiseris, cucurbitulas femori admoueris, crura calfeceris, fricueris, & ligaueris. Atq; si dextra vteri pars laboret, sanguis ex dextra manu & crure ducendus est. Sin læua, ex membris illi e directo respondentibus. Quod enim

Hippocrates vocat, hoc ipsum est secundum æqualitatē. Secare autē internas venas Hippocratis etiam est, q; hæ & viciniore sunt; & e directo magis respōdent affectis particulis. Etenim si affecto liene ducere sanguinem velis, manus sinistra: sin iecore, dextre vena interna eodem modo secanda est. Si vero aliqua ex superioribus partibus inflammatione tentata sit, ut in angina & ophthalmia & alia in quacūq; capitis parte extiterit, externas, & quæ e directo respōdent venas secabis. membris vero ipsis affectis, per cōiuges venas vacuabis, siue retrahere, siue deriuare velis, nisi inueteratū malū sit. Nam tunc a patiente particula sanguinem duces. Itaq; in angina venæ sub lingua incidendæ sunt, ubi corp⁹ vniuersum vacuauerimus, & inueteratus fuerit affectus. Ad hunc modum & lieni & iecori cucurbitulas admouemus. Eadem rōne aliam quacūq; partem affectam scarificabis, cum humorū fluxio restiterit: alioquin enim hos magis irritaueris, & malum geminaueris. Sed cū iam vniuersum ab humore supuacuo, corpus liberum est, neq; iam aliquid influit, sed ex veterē defluxione impacta loco affecto portio aliqua est. Quod vero in gibbis iecoris, per vrinās: simis vero partibus, per alui excrementa ducere oporteat, visceris ipsius situs indicat. Quodq; thoracem ac pulmonē tuffi

repurgare cōueniat, ventrēq; ac stomachū vomitu, in tranea alui deiectione: quēadmodum lienem quoq; & renes per vrinas, vterum per menses, cerebrū vero ac eius membranas per palatum, gurgulionē, nares, & aures, ex eorum sedibus palam est.

## COMMENT.

Indicatio a  
partis situ,

Partis situs ostendit, per quæ loca, & quo vacuationis genere, vacuare expediat. Cum enim multa sint vacuandi genera, varietq; morbi spēs, nec omnia omnibus cōferant, videndum quo vacuationis modo singuli morbi, si modo eam efflagitent, vacuari debeant. Quod fiet cognita tum morborū, tum vacuationis formarū natura. Vacuatio enim quædam simpliciter materiā educit, quædam retrahit, quædam vero deriuat, quædam deriuat simul & retrahit. Ad eundem modū morbi, qdam solam vacuationē desiderant, alij vero retractionē, nōnulli simul vacuationem, deriuationem, & retractionē, vt in sequentibus dicitur. Quibus vero in his vrimur, præsidia hæc sunt: Venæ sectio, cucurbitulæ, hīrudines, vincula, calida medicamēta apposita, frictiōes, & purgationes quorum alia magis, alia minus vacuant, deriuant, retrahūt: rursus alia potētius & celerius: alia contrā, impotētius & tardius. Quēadmodum alia cum maiore, alia cum minore cōmodo vel incōmodo. Nam sectio venæ citra loci affecti repletionem, dolorē, calorem, aut aliam insignē lesionem deriuat, retrahit, vacuatq;: primum quidem incisam particulam, deinde vicinā, postea vero

Sectiōis ve  
næ effectus,

distentiores, proindeq; infestantem materiā minuit, naturam hæc exonerat, vires roborat, dolores mitigat, calorem extinguit: quare internis est inflāmationibus q̄ purgatio, cōmodior, vt mox docebimus. Purgatio similiter vacuat, deriuat, ac reuocat humorē, sed calefaciendo, trahēdo, locum affectum irritando, ac implendo, febrem augendo. Ideo minus in internis inflāmationibus q̄ sanguinis missio, valet. Cucurbitulæ potēt materiam attrahunt, celeriter ac vehemēter. Igit̄ vbi magis retrahere aut deriuare, q̄ vacuare oportet, vtilis sunt: Contrā, vbi magis vacuare q̄ retrahere aut deriuare, ex vsu sunt scarificatiōes ac hīrudines: blande enim vacuant, nec è longinquo, nec cum impetu trahunt. Vincula autē attrahunt vehemēter vel leniter, pro constrictionis modo. Cæterum nihil aut parum vacuant. Frictiōes vero foras euocant ac digerunt, magis minusq; pro sua multitudine ac vehemētia. Quēadmodū pro caliditatis rōne: imposita calida medicamēta. Igitur simplex vacuatio, quæ sit incisa parte affecta inueteratis inflāmationibus cōfert, in quibus remissus dolor est, et fluxio restitit. Retractio vero, vbi humor adhuc in fluxu est: at' vbi locū iam obsidet, deriuatio. Ad eundem modum, vbi pars fluit, pars iam locū obsidet, vtroq; remedio: nempe retractione & deriuatiōe est opus. Est autē deriuatio, vacuatio quædam ad latus. Fitq; ad vicina semper: retractione vero semper ad contraria, sed nō semper ad distantissima. Hæc enim fluentē humorem retrahit ea loca versus, à quibus ante fluebat, excreticisq; facultatis impetum in cōtra-

Purgatiōis  
effectus.

Cucurbitulæ  
vis,

Scarificatiōis  
& hīrudinū vis,

Vinculorū  
vis,  
Frictiōis  
vis,  
Simplicis  
vacuatiōis q̄  
vtendum,

Retractiōis  
q̄ vtēdū,

Deriuatiōis  
q̄ vtēdū.

Contraria  
que.

riuni conuertit, & attractricis impedit tractum.  
Contraria aut sunt extrema extremis, extrema  
medijs, & media medijs. Igitur motus contrarij  
sunt non solum a summe contrarijs ad summe con-  
traria, sed summe contraria uersus, ut dixi, etiam  
si ad ea non perueniat. Quare retractio non semper  
ad distantissima, sed & ad propinqua fit, pro de-  
fluxionis differentijs, laborantiu partium positu,  
& affectus magnitudine. Fluxionis differentiæ  
ex sua celeritate & tarditate, magnitudine & par-  
uitate desumunt. Nam celeris & ingens humo-  
rum fluxio, præceps remediū efflagitat: quod per  
humorum reuocationem in propinqua partem sugge-  
ritur. Parua uero ac tarda longiorē curationis  
moram sine periculo sustinet. Sumuntur item  
differentiæ fluxionis ex venarum, per quas hæc fit,  
genere, & partis affecte positu. Fluit enim hu-  
mor partim per venam, quæ partē affectam pecu-  
liariter alit, partim per cōem totī corpori. Ut  
in pleuritide, gratia exempli, fluxio partim fit per  
venam quæ alit costas, partim per magnā uenā  
sursum ad iugulum ascendente, atq; ex his fluxio-  
nis differentijs sumit secundæ uenæ locus, & uacua-  
tionis differentia. Nam qui per venam costas  
alente fluit humor, necessario reuocari: qui uero  
per magnā ac cōem, non reuocari necessario, sed de-  
riuari, non per distantia, sed propinqua desiderat, quæ  
admodū & morbi magnitudo, ut quæ præceps req-  
rit auxiliū, nimirū uacuationē per uenæ sectionē,  
non quæ in distantissima parte sit, sed quæ in propin-  
qua. Distantissima enim totā quæ humorū multitudinē  
in se conuertit, sed imbecillius ac tardius tum ab

Vene secā  
de locus, et  
uacuationis  
differentia  
vnde su-  
uantur.

affecto loco & eius vicinis partibus, tū ab ampla  
& cōmuni uena reuocat, deriuat, ac uacuat, con-  
tinet atq; excreticis uirtutis impetum impotenter  
cohibet. Quare si uehemens sit fluxio, cuiusmodi  
est in proposito affectu, uix eam cohibere pote-  
rit, nec ab affecto loco uitiosum humorē trahere,  
nisi magna admodum & uehemēs sit uacuatō,  
& quam citra periculum uitæ æger sustinere non  
possit. Relicto igitur in affecto loco uitioso humo-  
re, necessario calor, dolor, & distensio remane-  
bunt: proinde fluxio non solum perseverabit, sed  
& augebit: uacuatō uero benigniore sanguine &  
inutili relicto, uires collabunt. Quod si uitio-  
sa materia alio transferat, reliquum sanguinē cor-  
rumpet: & si iterum in propinquiore parte uena  
secetur, sanguis improbus non uacuat, sed ad in-  
flammationem retrahitur. ut in uteri inflam-  
matione, si primū ex cubiti uena sanguinem de-  
trahas, deinde ex uena poplitis, ob loci distantia,  
benignum sanguinē uacuaabis: in cuius locū ui-  
tiosus succedet. deinde incisa poplitis uena uel  
malleoli, sanguis improbus qui in benigni locum  
successerat in priore uenæ sectione, in affectū lo-  
cum reuocabit, nec uacuaabit, nisi admodum co-  
piosa sit uacuatō, & quā laborans ferre nequeat.  
Cum uero in propinqua uenā secamus, nullo in-  
cōmodo reuocamus, ac multitudinē nocentis san-  
guinis uocamus ualide ac celeriter (quod in inter-  
nis inflammatiōibus facere expedit, ut mox docebit  
mus:) probi uero exiguā portionē, quare dolorē,  
calorē, distensionem, & fluxionem auferimus, uix  
resque conseruamus, aut non multum demolimur.

Retractio  
nis ad p-  
pinquarō.

Igitur eiusmodi retractio ad propinqua necessario fieri debet, vbi excretrix virtus cōcitata est, magnus morbus ac præceps, humorq; cum graui periculo in partē affectam decumbit, vt in internis inflātionibus ferē fit. Ex quo perspicuum est eandem retractionem ad propinqua fieri debere, etiam in humorū plenitudine, vt post dicit: quæ si semel vacuari nō possit, in duo partiri debebit, tantisper intermittēdo, dum vitiosus sanguis, qui priore venæ sectione vacuari ob multitudinem nō potuit, remigrarit in venas cōmunes, qd̄ vel eodem, vel postero die fit. Eadem rōne sanguinis missio in duo distribuēda est, vbi semel totus vacuari, aut per virium imbecillitatē, aut ægro- tantis timorem, aut aliam occasionē non potest.

Sanguinis  
missio in  
inflātio-  
ne ratio.

Ad hæc tam retractio q̄ deriuatio in eiusmodi inflātionibus fieri debet per amplam venam, quæ cum vena partē affectam alente societate habeat, eiq; è directo respondeat: hoc est, ut Hippocrates docet, καὶ ἴσιν, id est secundum equalitatē, & è directo procedendo sine ullo interuallo: ut perpetua & continua attractio fiat per continuorum filorum longitudinē. Venæ enim duplici ordine textuntur: orbiculari siue transuerso ad expulsio- nem, oblongo vero ad attractionē, ut Galenus docet. Contrarię igitur positione partes sunt, quæ secundum recta fila distant, cōnectunturq; continuo ac perpetuo oblongi staminis ordine. In quo genere summe cōtraria sunt, quæ maxime distant: mediā, quæ medio modo. Et in eadem distātia maior est contrarietas, quo filorum rectitudo ac cōtinuitas maior. Hæc autē rectitudo inuenitur in uenarum

Venarum  
textura.  
Contrarię  
positione  
partes quę

venarū & arteriarū staminibus, habitudineq; totius corporis: cuiusmodi est dextri ad dextrū, sinistri ad sinistrum, & reliquarū positionū differentiarū. Per hæc fila fit attractio, vt dictū est. Incisa igitur vena humorem attrahit, vacuatq; factō emissario, quē ob vulnus cōtinere non potest, sed amplectendo exprimit. Itaq; exhausta parte propinqua, vis attractrix ob indigentia excitata, à distantioribus per cōtinuitatē velut exugit, atq; hæ venæ vel multitudine, vel vitio humorum grauata nō solum tractui cedunt, sed & sua vi expultrice quod grauat pellunt, donec indigentiam patiant. Nam inanitæ tractui resistunt, non minore vi sanguinē retinētes q̄ à vulnerata parte trahit: vt præceptor meus Petrus Brissous vir vt ingenio diuino, sic doctrina incredibili, in eo opere quod de sanguinis missione cōscripsit, luculētissime docuit. Cum igitē luctādo superior euadit cōtentrix facultas, fluxio spōte etiā aperta adhuc venā supprimitur, scilicet natura ipsū tanquā sibi familiarē vel attrahente vel retinente. Ex his liquet internā venam in cubito sectam ex opposito latere vel nullo modo, vel parū admodū retrahere, nisi vacuatio admodū excedat. Cū enim attractio p̄ recta fila & cōtinua, vt diximus, fiat, vena autē caua, quæ ad iugulum fertur, tum earū quæ vtriusq; lateris costas alunt, tum earum quę sub brachia feruntur (internas vocant) magnam cōtinuitatis portionem interrumpat, (nascuntur enim vtræq; à caua priusquā in iugularias scindat, priores qdem quæ costas alunt: posteriores vero quas internas vocari diximus à dextris ad

Pe trus  
Brissous.

Gal.

R

Venarum  
in cruribus  
continuitas,

Celsus.

Reuocatio  
ad lōgin-  
qua, ppin-  
qua & ad  
vtraque,

sinistras) parua erit staminū recitudo, & tractus minor: proinde nihil aut admodū exigua portio humoris ex affecto loco ad uulnus, quod in oppositi brachij vena factum est, transferet. Secus autē res hasiet in crurum venis: nihil enim est quod harū continuitatē impediāt. Ideo ab vna ad alterā tractus fieri potest: quod et Galenus decimotertio Methodi medendi innuere videt. Altero, inquit, crurū male habente reliquū est scarificandū. Quod si Cornelium Celsum mihi obijcias, qui libri secūdi capite decimo scribit ex altero brachio sanguinē mittendū esse, si quod in humero vitium est, ego eundē tibi obijciā eodem loco ita scribentē: Mitti vero sanguis debet, si totius corporis causa sit, ex brachio: si partis alicuius, ex ea ipsa parte, aut certe quamproxima: quia nō vbiq; mitti potest, sed in temporibus, in brachijs, iuxta talos. Vide vtri magis tibi an mihi suffragetur Celsus, vterq; certe locus, & quē mihi obijcis, & quē tibi obijcio, ad idē cōsentiant: nempe vt vena secet ex parte quāmaxime vicina fieri cōmode poterit. Ex eodē quidem brachio detraheret, nisi id ob vicinitatem particeps affectionis esset. Quare nō sine graui modo secari poterit. Ipsam enim fluxionē irritasset: affectumq; auxisset. ideo ex oppositi brachij humeraria tāquā e propiore loco qui incidī cōmode potuit, sanguinem emittit. Habet enim hęc societate cum opposito humero maiorem quā alie venę, vt quę a caua postquā in iugularias fissā est, propaget, vt Galenus docet. Reuocant ad lōginqua cucurbitulę, vincula, scarificationes, frictions, medicamenta calida apposita

ad propinqua vero, hircudines: ad vtraq; venę sectio, & purgatio. His ita distinctis, videndū est quibus morbis vacuatio, quibus deriuatio, & quibus retractio simplex cōferat. Influxitium, inquit Galenus, adhuc humorū retractio. quā antispasmi Hippocrates vocat. Obsidentium vero iā locum, deriuatio est remediū. siquidē contrariorum cōtraria sunt remedia. Quod enim incōmode ac preter naturā fluit, morbumq; necessario alaturum est, per eamq; partē in quam fluit, probe vacuari nō potest, per eādem viā reuocari debet. Quod si iam humor locum occupet, quē distendat ac accēdat, in eoq; dolorē excitet, neq; per eū locum vacuari possit propter nouę fluxionis periculum, ad vicinū locum minime cōdolescentē deriuare oportebit. Ex vtero, verbi gratia, reuocatis, si cubiti venā secueris, aut sub mammis cucurbitulas admoueris: manus calceceris, fricueris, ac ligaueris: quod fieri debet, vbi tantū humor reuocandus est, nō etiā ex loco affecto vacuandus, vt in mensū immodica profusione. In quo affectu ab vtero vacuare nō oportet, cum hunc locū humor nō obsideat, sed defluat: quē solum ad cōtraria reuocare oportet, quod cōmode fit secta cubiti vena interna. vt quę rīdeat vtero. Quod si venę sectionē ægrotantis vires nō admittāt, aut quid piā aliud hanc impediāt, admouendę mammis cucurbitulę sunt, aut manus calcifiendę, fricandę, ac ligandę. Reuocare enim hęc præsidia possunt, sed nō vacuare. Deriuabis autem, si quę in poplite sunt, venas diuiseris, cucurbitulas temporī admoueris, crura calceceris, fricueris, & li-

Ex vtero  
quomodo  
reuocandū

Vena itē  
navterore  
spondet.

Ex vtero  
quomodo  
deriuandū

gaueris. Cum vterus inflammatione laborat, vacuatione desiderat. Quam Galenus sepe deriuationem, aliquando retractionem appellat in libro de Curandi ratione, que per sanguinis missionem fit, si sola in principio etiam inflammationis vteri fieri precipit: illa enim & reuocat & deriuat. Ostendimus enim duplicem esse fluxionem de venarum genere sumptam: alteram que per uenam vterum alentem fit: alteram que per communem prioris est retractio, posterioris deriuatio, quibus non solum in hoc affectu, sed in alijs internis inflammationibus est opus. Nam cum in summouendis, que preter naturam sunt, triplex scopus habeatur: Vnus a causis, alter ab eo quod rationem habet eius sine quo non, tertius ab eo quod velut accelerantium ac urgentium habet rationem. Quod accipit, primum summouendum est, ut docet Galenus, ubi vero nihil urget, ordo a causis est petendus. Urgent autem alia alia: vt in inflammatione, uerbi gratia, magnitudo, cuius causa est humor quantitate, uel qualitate, uel utraque peccans, qui commode auferri non potest, nisi mitigato dolore, habet enim is rationem eius sine quo non: nam doloris uehementia tractum sanguinis ex inflammata parte, eiusque in uenas regressum impedit. Ideo mitigari is prius debet quam uena secari, quod Brissous fieri docet fomētis anodynis nunc humidis, nunc siccis: sed id quidem prudenter. Nam cum illa laborantem partem laxant, fluxio maior illico locum repetit, dolor inde acrior suscitatur. Itaque post adhibita anodyna celerrime reuocandus humor est, aut deriuandus. Si uero igitur id quod urget spectes, siue causam morbum generantem, siue id quod rationem

Summouē  
dōrū que  
preter na-  
turā sunt  
triplex est  
scopus.

habet eius, sine quo non celerrime reuocare ac vacuare necesse est, quod apte fiet, secta poplitis uena in vteri inflammatione. Nam humor non solum reuocabitur, sed & vacuabit: proindeque morbi magnitudo minuetur, & dolor mitigabitur. Vbi uero missionem sanguinis agrotans non sustineret, ad alia presidia confugiendum est: nempe cucurbitulas, & alia prius commemorata. Hac ratione: si dextra vteri pars laboret, sanguis ex dextra manu & crure ducendus est. Si laeva, ex membris illi e directo respondentibus, quoniam enim Hippocrates vocat, id ipsum est secundum equalitatem. Secare autem eiusmodi uenas oportet, quod & uiciniores sint, & e directo magis respondeant affectis particulis. Cum enim tantum reuocare oportet, ex affectu vteri dextra parte (velut cum per eam immodice fluit sanguis siue propter eius imbecillitatem, siue dolorem, aut calorem humorem accersentem, siue natura, multitudinem, aut qualitate, aut utraque degrauiata illuc impetum faciente) secanda est dextri cubiti uena interna, ut que alijs eiusdem cubiti uicinior sit, & magis e directo respondeat. Quod si inflammatione eam partem obsideat, sanguis ex dextro crure detrahendus est: si uero sinistram, ex membris illi e directo respondentibus: hoc est, secundum rectitudinem, ut diximus, quod & in aliarum partium inflammationibus faciendum est. Etenim si affecto liene ducere sanguinem uelis, manus sinistra: si iecoris, dextra uena interna eodem modo secanda est. Nam si aliam uel eiusdem partis uenam incideres, ut uerbi gratia, inflammato liene uenam circa medium digitum manus sinistra minus, quam cubiti uenam

Sanguinis  
missionis  
ratio in vteri  
affectu.

in iugis  
inoidis  
in v. ubi  
subit

Sanguinis  
missionis  
in pleuriti  
de ratio.

secando perficeret, ut auctor est Galenus libro de Curandi ratione per sanguinis missionem, quoniam magis ab affecta particula distat, & minus e directo respondet, proinde minus vacuat quam cubiti interna uena, Eadem ratione in pleuritide dextra dextri cubiti interna uena, in sinistra sinistra secari debet: non autem ex opposito brachio, iuxta Galeni sententiam libro de curandi ratione per sanguinis missionem. Pleuriticis, inquit, quae e directo laborantis lateris adhibita fuit sanguinis missio, clarissimam saepe utilitatem attulit. Quae vero ex brachio opposito, aut omnino obscuram, aut certe post temporis interuallum. At cum pleuritis nunc superiores, nunc inferiores costas occupet, uidentur, an utriusque ex usu esse possit sanguinis ex interna cubiti uena missio. Quoniam autem affectus hic acutus est, praecipue remedium efflagitat, non quodlibet, sed quod citra ullam laesionem celeriter operam ferre possit, quod apte sanguinis missione fiet, siue indicatione sumpta a morbi magnitudine, siue eius causa, siue symptomate. Ostensum autem est hanc tutissimum remedium esse, quod citra offensionem ullam adhiberi possit. materiam enim morbi minuit, & fluentem sistit citra calfactionem, dolorem, aut repletionem loci dolentis, praesertim ea quae in propinquo sit. Haec enim nullo incommodo celeriter reuocat ac uacuat uitiosi sanguinis multitudinem, proinde morbum minuit, dolorem mitigat, & fluxionem sistit. Reuocat quidem ex affecto loco per uenam quae alit costas, ex eodem loco uitiosum haurit succum: ex ampla autem & communi uena multitudinem quae excreticem irri-

at, deriuat, ac vacuat per vulnerum locum, rectis, ut dictum est, filis trahentibus ac velut exugentibus. Igitur secta in cubito dextro interna uena dexterae pleuritidi, praesertim quae superiores costas occupat, maxime opitulatur: & sinistra sinistrae: non autem dextra sinistrae, aut sinistra dexterae, aut quemadmodum Auicenna putat, malleoli uena interna, quae ab eo saphœna dicitur, longitudine opposita. Post hanc interna cubiti uena, quam basilicam vocat, latitudine opposita: & post ipsam media quam nigram appellat, opposita etiam in latitudine: quae si non appareat, externa uena, id est cephalica, incidenda est, etiam si paruum afferat adiumentum ac tardum. deinde post aliquot dies ex latere conueniente in latitudine. Haec ille libro tertio, seu decimo, tractatu quinto, capite primo, de cura communi apostematum partium pectoris & pulmonis. Quod quam sit absurdum, nemo non uidet. Quis enim tam ualidis est viribus, ut toties sanguinem ex se emitti sustineat? Festina, inquit Auicenna, ex saphœna opposita in longitudine. Sed quaeso, quid ex ea commodi sentiet aeger? Nullum me hercle, sed maximum incommodum. Sanguis enim probus ex hac solum euacuatur, & improbus in affecto loco relinquatur, aut in communem venam transfertur, in qua, qui de bono reliquus est uitiat ac corrumpit. Eodem autem certe maiore incommodo ex oppositi brachij uenis bis emittitur. Cum enim tractus humorum per recta stamina fiat, ut diximus, maxime uacuabitur sanguis, qui in secta uenae parte eratur. Remanebit autem uitiosus, quem uel in affecto

Auicenne  
error.

loco relictum, uel in cōmunem uenam translatum esse dicebamus, aut in oppositum latus transferetur, nouamq; illuc pariet pleuritidem. cū enim is sua mala qualitate naturam degrauet, necessario in partem imbecilliolem detrudetur, si quidem excretrix uirtus ualida sit. Sin ibi relinquatur, febrē accendet. Sed esto; nec transferatur, nec nouā pariet pleuritidem, quo modo resoluta tanto sanguine exhausto uires ultimam (quæ sola ex omnibus cōmoda erat) sustinere poterunt? Igitur Auicenna homines iugulare, non curare docet. Quod autem secta in dextro cubito interna uena ex dextra pleuritide reuocet, & ex sinistra in sinistro, monstrandum est ex anatome secundū Galeni sententiam ad hunc modum in cōmentario secundo de Ratione uictus in morbis acutis ita scribētis: Vena caua ex iecoris gibbo sursum ad dextram cordis aurem sanguinem ferēs partibus quidem interiacentibus exiguū ipsius distribuit sed cordi ipsi plurimum elargitur. Deinde ab eo progressa, ad collum recto festinat tramite; atque in duas rectas scinditur in thoracis parte uenas easq; insignes, quas iugulares uocant. Propagantē autem ab ea ipsa priusquam ad cor ipsum pertingat, insignes quidem uenæ ad septum transuersum, paruæ autem ad inferiorem thoracis partē, quæ octo costis constat, contententes. Pars autē hæc ab una quæ cōiugio caret, uena nutritur: quæ in quibusdam animantibus supra cor nascitur, in cæteris uero ex ea emergit parte, qua iam cordis aurem uena caua tangit. Hinc siquidem emergēs humiliter depressiusq; per cor deferē, atq; in spū

nam contorquet. Vena igitur quæ ad inferiorem thoracis partē repit, utriusq; costis octo ad septū usque transuersum distribuit. Cæteræ autē sublimiores thoracis costæ quatuor ab aliarū uenarū nutriuntur cōiugio, quod à uena caua ppagatur, priusq; ea in iugulares scindatur. Ab his igitur duabus uenis, deinceps sunt quæ ad manus per axillas pertingūt. Ex his uerbis liquet in pleuritide quatuor superiorum costarum, sectam internā cubiti eiusdem lateris uenam reuocare ab affecto loco usq; ad eam uenæ cauæ partem, unde uena, quæ quatuor superiores costas alit, originem ducit: si mul & vacuare, qui iam latus obsederat, humorē. A caua autem uena usq; ad uenam internā derivatur uacuaturq; qui facultatem illius excreticē irritabat. Quare cōmode interna cubiti uena sectatur in pleuritide quatuor superiorū costarum: q; ut Galenus eodem cōmentario ait, sanguinem ab affecta parte, & magis & celerius, tum reuocare tum vacuare possit. Neq; uero timēdum est, ne sanguinis missio, quæ per propinqua fit, plus nocet, attrahendo, & locum affectū implendo, quā iuuat uacuando. non enim aliter nocere pōt, cum neq; calcificat, neq; cōtinuitatem soluat, neq; dolorem inferat, ut prius dictum est. secta enim ea uena sanguis neq; ad locum inflammatū pellit, neq; ab eo attrahitur: sed à vulnerata uenæ parte trahitur, & à degrauatis multitudine uel qualitate uel utraque partibus, quæ noxium humorem primū per uenam costas alentem, dein cōmunē locum uersus uulneratum protrudunt, impediūt: illæ enim quod magis uacuatur, eo robustiores

fiunt, proindeq; potentius expriment materiam  
degrauantem: primū in venam costas alentem,  
deinde in cōmunem, vt dictū est. Rursus vulnus  
ab vtraq; vena sanguinem trahit per filorū con-  
tinuitatē. Cum igitur ex vtraq; vena sanguis tra-  
hitur, & per recta fila tractum sequit̄, perq; alente  
costas venam locum affectus noxium humorem  
in venam cōmunem plagam uersus potēter fun-  
dit, in affectam partem humor, qui in sectionis lo-  
cum trahitur, ex caua uena neq; pelletur, neq; tra-  
herur, quare nec implebit̄. Nunc uero disquiren-  
dum est quod ab initio pposueramus: an in pleu-  
ritide octo inferiorum costarum, cōmode eadem  
uena secari possit. Scribit enim Hippocrates li-  
bro de Victus ratione in morbis acutis secundo:  
Si eas quæ sub septo transuerso sunt, partes dolor  
infestet, nullumq; ad clauiculam signum fecerit,  
uentrē uel nigro ueratro uel peplio mollire oportet.  
Galenus hunc locū interpretans longe tutius  
secandam esse uenam putat: etiam si minus auxi-  
lium quam per purgationem sequatur. Nullum  
enim, ut inquit: ex sanguinis missione periculum  
impendet. Purgatio uero citra graue malum non  
fit: potissimum ubi laborantis natura perspecta  
non est. Nam alij ægrē purgātur, alij facile. Solum  
igitur exhibendum esse putat Galenus, ubi febris  
non vrgeat, & ægri natura cognita sit: idq; tan-  
tum, quātum in plurimis mediocriter vacuari sis  
expertus. Ex his constat sanguis missione in infe-  
riorum costarum pleuritide vtilē esse, sed mi-  
nus q̄ in superiorum. Si uero aliqua ex superio-  
ribus partibus inflāmatione tentata sit, vt angina

Hippocra-  
tes,

Sanguinis  
missio in co-  
stas infe-  
riorū pleu-  
ritide an  
utilis,

& ophthalmia, & alia in quacuncq; capitis parte,  
externas & quæ è directo respondent uenas seca-  
bis. Membris ipsis uero affectis per cōiuges ve-  
nas siue reuocare, siue deriuare uelis. Paulo ante  
dixerat in superiorū partium affectibus per infe-  
riora sanguinem esse mittēdum. Quomodo igit̄  
nunc in angina, ophthalmia & aliarū capitis par-  
tium inflāmationibus externa cubiti uena, quam  
humerariam uocant, secta nō solum deriuādum  
humorē, sed & retrahēdum esse putat: Hic enim  
serupus multos male habet, p̄sertim ex eorum  
secta, qui ex opposito latere in isternis inflāma-  
tionibus mittendum esse sanguinem uolunt. Sed  
si quæ antea declarata sunt, penitus inspiciāt, opti-  
ma ratione Galenū in anginis, ophthalmiis, phre-  
nitide, & aliarū capitis partium inflāmationibus,  
humerariam è directo affectu respondentē secan-  
dam esse recte monuisse deprehendent. Vbi enim  
inflāmatio vrget, ad propinqua, ubi uero nō vr-  
get, ad longinqua reuocare oportet. Itaq; in angina,  
ophthalmia, phrenitide, & alijs partium capi-  
tis inflāmationibus, quæ celere p̄cep̄sq; reme-  
dium efflagitant, ex humeraria uena è directo re-  
spondente mittendus sanguis est. Quod si inflam-  
matum brachium sit, poplitis uena quæ è directo  
illi respondet, aperienda est, quoniam eiusmodi  
partis inflāmatio nullum periculum minatur.  
Vbi uero inueteratum malum est, à patiente par-  
ticula sanguis demittitur. Itaq; in angina, uena sub  
lingua incidēda est. Solum enim uacuationē de-  
siderat, non deriuationem, aut retractionē, modo  
absit dolor, & fluxio restiterit: purgatiq; sit cor-

Quando ad  
propinqua,  
quando ad  
longinqua  
reuocādū.

pus vniuersum. Ad eūdem modum & lieni & iecori cucurbitulas admouemus. Nam cū nec possint nec debeant eiusmodi viscera incidi, cucurbitulis vtimur, quæ vim potenter trahendi habent vt diximus. Aliam vero quācūq; partē affectā externam incidimus, vbi humorū fluxus restiterit, & corpus à superuacuis humoribus liberum sit, alioqui fluxū irritaueris, & malum geminaueris. Retractio autē quæ purgationibus & alijs remedijs, præsertim calidis, fit, longiorem requirit distantiam. Quod Galenus cū in alijs plerisque, tum in decimotertio Methodi medendi docet. Ad partes, inquit, quæ maxime longinquæ sunt, semper auersionem facies. Ibi enim de frictionibus, purgationibus, vrinam & menses cientibus medicamentis loquitur, non de venæ sectione. Derivatio autem perpetuo ad propinqua fit, quocūq; re medio vtaris: vt quod ad palatum delabitur, ad nares transfertur, & quod in cōuexis iecoris partibus est per vrinas: in cauis per aluum deducere oportet: in reliquis simili modo.

## T E X.

Sed & q̄ partibus in superficie cōstitutis tale sit adhibendum medicamentum, quale affectus efflagitat: quæ vero in alto corpore demersæ latent, quæq; ex longo intervallo medicamentū virtutem experturæ sunt, his non quale nunc est, sed quale cum eo peruenit, tum futurum est, ex situ partium dandum didicimus. Quocirca medicamēti, siue id foris adhiberi, siue deuorari, aut hauriri

debeat, vires non præsentēs, sed quales dum ad affectum locum peruenierint, futuræ sint, considerandæ sunt. Igitur quæ in pulmonis inflammationibus pectori forinsecus imponuntur medicamenta, longe vehemētiora & acriora natura quam si ipsi visceri admouerentur, esse debent. Eius enim quod per multa corporis membra intermedia transiens ad locum affectum peruenturum est, vires si quidem per initia essent imbecillæ, omnino fatiscerent atq; euanescerent. tantum igitur aduentitiij roboris adijciendum est, quātum transeundo amittunt: vt quod superest, æquale existat ei quod tactū iuuat. Itaq; externis pectoris inflammationibus abūde faciunt, quæ solū laxare possunt. internæ vero, qualis est membranæ, quæ costas cingit, acriora desiderant. Lienis vero & iccoris omniūq; peritonæi partium inflammationes eadem ratione curantur. Sæpe enim cutis ab admotis medicamētis vlceratur, & si visceribus longe durior sit, potētiusq; resistat. Quod si ipsis visceribus medicamēta, quibus assidue egent, admoueri possent, eo mitiora essent imponenda, quod eorū natura facilius afficitur. Quæ vero & vorare & haurire medicamēta iubent curandis viscerum affectibus idonea, longe acriora & vehemētiora esse debent, q̄ quæ affectæ partes efflagitant: exceptis his quæ v̄tri & stomacho

conferunt. Sola enim hæc talia adhibentur, qualia morbus poscit. reliqua vero omnia, acriora & valētiora viribus esse oportet: ac ea maxime quæ ad renum & pulmonū vitia adhibētur. Considerare itaq; oportet, quod numero partes permeat medicamētū, quod ad pulmones fertur. Primū quidem per os transit; deinde fauces, & stomachū, postea vētriculum ipsum, & quædam ex gracilibus intestinis, deinde ad mesenterij venas, post ad iecoris partium simarū, ex quibus ad gibberarū venas peruenit, ex his vero ad cauam, postq̄ ad cor, tandem ad pulmonē. Neq; negare possumus, qn̄ in singulis hisce partibus humoribus quibusdam id misceat, & mutationem quandam alterationēq; naturæ visceris familiarem recipiat. Quapropter quod de eius virtute superest, minus omnino ac hebetius est, quā vt læsam particulam iuuare possit. Quæ igitur a situ partis sumitur indicatio, his modis curationem variat. Quatenus autem quæ a facultate ducitur, nunc exponemus.

## COMMENT.

Indicatio a  
partis situ.

A partis situ sumitur indicatio, & ad tollendā intemperiem, & ad vitiosos qui partē obsident, succos remouendos. Intemperies aut̄ aut summa corporis occupat, aut intus delitescit. Quare nota eadem vtriq; medicamenti vis adhibēda est. quæ

enim in superficie cōstitutæ partes intemperie laborant, medicamenta efflagitant, qualia affectus ipse requirit. quæ vero in imo latent, his nō qualia nunc sunt medicamēta adhibēda sunt, sed quæ affectui profutura sint, dum ad eum peruenerint. Quod enim per longa interualla ad locū affectum peruenturū est, vires transeundo amittit. Ideo tanto augēdum ipsius robur est, quātum permeādo id amissurū conieceris, siue id foris admoueat, siue intro sumatur. Ad eundem modum vitiosus succus vacuat aut è propinquo loco, aut distantiore. Idq; vel digestionē resolutionēq; uel attractionē humorū. Cum igitur in superficie hūc digerere oportet, ut in externis inflammationibus, & à propinquo trahendum, blandum miteq; medicamentū, qualeq; affectus desiderat, adhibendum est. Contrā cum qui digeri succus postulat, locū distantem obsidet, aut à longinquo trahi debet, uehementibus medicamentis est opus. Igit̄ externis pectoris inflammationibus abunde faciunt, quæ laxare tantū possunt. Internę uero, qualis est mēbrang, quæ costas cingit, acriora deſiderant: lienis uero & iecoris, omniūq; peritonei partium inflammationes eadem ratione curant. Sepe enim in his curandis medicamēta admouent, quæ cutē exulcerant, longe uisceribus duriorē, potentiusq; resistentem. Quæ uero ad horū uiscerum curationem intro sumunt, uehementiora esse debent, quā quæ affectæ partes efflagitant, exceptis his quæ uentrē & stomacho conferunt: qui, cum breuem uiam per quā ea transeunt habeant, talia exigunt, qualia morbus exposcit. Iecur uero & lien acriora, tene

his adhuc uehemētiora, pulmo autē omnium p̄-  
scit uehementīssima. Considerare enim oportet,  
quot numero partes permeare debeat medicame-  
tum, & pro rōne itineris, eius vim augere: ut eius  
quod ad pulmones fertur, primū quidem per os  
transit, deinde fauces & stomachū, postea ventri-  
culum ipsum, mox quædam ex gracilioribus in  
testinis, præterea mesenterij venas, post iecoris  
simarum partium, ex quibus ad cōuexarū venas,  
ex his vero ad cauam, post quā ad cor, tandem ad  
pulmones peruenit. Quoniam autē multæ partes  
sunt, per quas medicamentū transit anteq̄ ad affe-  
ctum locum perueniat, multūq; uehemētius esse  
debet, quā affectus desiderat, tanto quidem, quā  
tum per itineris longitudinem ex eius viribus di-  
minutum iri coniecerimus.

## T E X .

Quoniam autē ex corporis partibus alias  
quidem aduentitiæ, alias vero congenitæ  
virtutes moderantur: atq; harum ipsarum  
aliæ sibi solis, alię alijs virtutū sunt origo: &  
ex his quidem aliæ propriū, aliæ publicū  
habent officium: necessario curationis for-  
ma in vnaquaq; harum differentiarū mutā-  
da est. Si quidem multa ex cōmemoratis re-  
medijs affectum quidem curant cæterū na-  
tūas partū virtutes offendūt, quarū noxa  
in vniuersum corpus transfertur, quod bifa-  
riam fit: nimirum quatenus viscus est vir-  
tutis origo, totius corpis partibus cōmunis;  
aut eius munus vniuerso corpori vtile est.

Iecur

Iecur enim cor, cerebrum, & testes, princi-  
pia sunt virtutum vniuerso corpori cōmu-  
nia. Venter autem & vterus, natūas virtu-  
tes, & nulli alteri corporis parti communes  
habent. Cæterum venteris munus toti corpo-  
ri vtile est: vteri vero non item.

## C O M M E N T .

Partes, inquit Galenus in arte parua, quædam  
principia sunt virtutum, quædam ab ijs princi-  
pijs originem ducunt, ipsiſq; ancillantur, quædā  
nec alias gubernant, nec ab alijs gubernant: quæ-  
dam autē inſitas vires habent, & ab alijs regunt.  
In qua diuisione nihil omnino meminit de partū  
publico priuatoq; munere. Hoc vero in loco ita  
diuidit partes alias quidē aduentitiæ, alias vero  
cōgenitæ virtutes moderant &c. Rurſus hic nul-  
lam de his partibus, que nec alias gubernant, nec  
ab alijs gubernant, mentionē facit, Igitur pro ha-  
rum diuisionū intellectu ſcire licet virtutes quaſi-  
dam cōmunes eſſe, quibus corpus noſtrū diſpen-  
ſatur: nempe animalē, vitalē, naturalem: harumq;  
virtutem ſuam quancq; habere originem, anima-  
lem quidem, cerebrum: vitalē, cor: & naturalem,  
iecur. Rurſus cerebro neruū dati ſunt, cordi arte-  
rię, iecori venę quibus eiufmodi vires cum cor-  
pore cōmunicentur. Itaq; omnes partes ſenſu &  
motu præditę, ab animali facultate reguntur: quæ  
autē viuunt, à vitali: que vero nutriuntur: & au-  
gentur, à naturali. Cum igitur non omnes partes  
ſentiant & moueantur, non omnes ab animali re-  
guntur: vt os, cartilago. Cum vero omnes viuāt &

Gal.

S

Partū di-  
uſio du-  
plex, eiſq;  
intellectus.

Virtutes  
cōmunes  
earumque  
origo.

nutriantur, omnes à vitali & naturali reguntur. Aliæ vero sunt virtutes partibus peculiâres: vt stomacho, ventri & intestinis conficiendi chyli, vtero concipiendi & efformandi foetum, & alijs partibus eodem modo. Cum igitur Galenus in Parua arte scribit, partes quasdam nec alias gubernare, nec ab alijs gubernari, non negat eas à naturali & vitali regi, quatenus uiuunt & nutriunt: sed quam habent vim peculiarem, ex se quidem habere, nec cum alijs communicare intelligit. Quod autem de publico priuatoq; partium munere illic non meminit, hoc ideo fecit, quoniã ad rem quam in parua arte tractabat, hoc est, temperaturarum partium cognitionẽ, nihil conferebat. Nihil enim refert, priuatũ ne an publicum sit ventris munus, ad eius temperaturæ notas habendas. Ad eius vero curationem id necessario cognosci debet, maiore enim diligentia pars, cuius munus vniuerso corpori cõmune & necessarium est, q̃ cuius priuatũ corporiq; minime necessariũ, curari debet: cuiusmodi est stomachus. Simili modo & que origo est alicuius virtutum corpus distentantũ, ut cerebrũ, cor, iecur aliter curari debet q̃ que vim suã alijs non distribuit. Igit̃ si iecur, verbi gratia, & stomachus inflammatione tentent, tam acria medicamenta non ferunt, q̃ crus eodem affectu laborans. Crus enim nõ solum relaxantia, sed & digerẽtia admittit, iecur & stomachus nõ itẽ, sed que perpetuo robur seruent. Priora affectum quidem curant, sed natiuas vires lædunt: quod sine magno incõmodo crus & aliq; id genus partes patiuntur, stomachus & iecur non

Indicatio  
a partis fa-  
cultate.

ferunt, quoniã contractam ex eiusmodi medicamentis noxam cum alijs corporis partibus communicant. Iecur quidẽ, quatenus origo est virtutis, qua vniuersum corpus alitur: stomachus vero, quatenus corpori alimentum concoquit. Eadem ratione aliorũ principiorum origines curari debent nempe cor & cerebrum, quæ ad vitę indidui tutelam condita sunt, & testes, quos ad speciem conseruandam natura concessit.

## T E X.

Plerunq; autem affectionis remediũ, partis vires offendit: aliud quidem immodice relaxando robur soluit, proindeq; & partis virtutẽ: aliud vero immodice refrigerãdo insitũ calorẽ extinguit, qui fortasse, vt quibusdam tum medicis tum philosophis celeberrimus visum est, substantia est virtutũ, aut certe primarium ac necessariũ ipsarum instrumentum. Iam vero & alienæ quædã qualitates vires dissipare possunt. Nihil igitur horũ curando prætermittendum est: ne forte imprudentes dicamus morbus quidẽ curatus est: homo uero perijt: quod accide- re plurimis, quotidie videmus, qui irratio- nalẽ experienciã colũt, methodicamque se- ctam omnia ipsius artis bona peruertẽtem, quæ rationes quasdam dogmaticas quidem sed multis erroribus plenas sectatur.

## C O M M E N T.

Insitum hunc calorẽ, non illũ vaporosum &

aerē, de quo supra meminimus, sed virū substantiā, vel ipsarum primarium instrumentū, hoc est cōtemperamentum quatuor vel elementorū vel earum qualitātū Galen. vocat. Ex quo virium robur consistit, ex robore autē actio proba aeditur. Quoniam autē variarum partium varia sunt temperamenta, ideo & uarij sunt natiui in corpore calores. alius enim est solidarū partiū, alius humorum, alius aliarū partiū, vt fustissime superiori cōmētario docuimus. Vbi igitur in aliqua parte caloris substantia perit, virium robur solui necesse est. Perit autem ea, quia aut resoluitur, aut extinguitur. Resoluitur autem vel calidis ac digerentibus, vel exiccantibus & tanquam eam depascantibus. Extinguitur vero aut frigore aut humiditate suffocante, atque hæc sunt alienæ qualitates quæ vires demoliuntur.

## T E X.

Sub indicatione autē quæ a viribus partium petitur, sensus hebes acutusq; cōtinetur. Nam quæ insigniter sentiunt, acria medicamenta nō serūt, quæadmodū nec humores. Si enim acer quidā humor os vētris occupet, in syncopen egri sæpe labuntur: q; si permordice afficiatur, anxietate & nausea premuntur: aliquando infestum quidem humorem vomentes, aliquando vero frustra enitētes, quod in his potissimum affectibus accidit, quibus os ventris vitioso humore imbuit. Idemq; cum in oculos eiusmodi humor influit, maximum dolorem inuehit. vltē

Natiui in corpore varij calores.

Indicatio a partis robore.

rosasq; pustulas curatq; difficiles excitat. Eadē ratione neq; oculi acrium medicamentorum cōtactum ob sentiendi præstantiam sustinent, quæadmodū nec os ventris. Neq; vero quod degrauet, si foris imponas, eiusmodi partes patiunt: minusq; vētre oculus, vtpote qui nōnunquam ab ijs quæ illinunt medicamētis grauatur. Partes vero quæ hebetioris sunt sensus, tum grauiā cataplasmata, tum mordentia medicamēta ferunt. Siue igitur quis cum quatuor cōmemoratis indicationibus eam, quæ a sentiendi facilitate sumitur, quintā numerare uelit, siue in ea comprehendere quæ a facultate sumitur, nihil ad rectam curationem refert.

## C O M M E N T.

Siue quintam a sensus acumine & hebetudine sumptam indicationem enumerare velis, siue sub quarta cōtineri, nihil ad rectam curationem refert. Cōstat enim partem magno sensu præditā, neq; ingentem molem, neq; vehementem acrimoniam medicamentorum, sine grauissimo dolore, qui nō modo augere, sed & nouam defluxionem excitare solet, ferre non posse. Eadem ratione nec acres mordacesq; humores. Nam si stomachus hos imberit, egri in syncopen labuntur, nisi leuiter ad modum afficiantur, solā enim tunc anxietatē nauisamq; pariunt, nōnunquā quidē cum vomendi inani appetitu, nōnunquam vero cum humoris reiectione. Itaq; acutus sensus vehemens & graue medicamentum respuit, quod obtusus hebesque

Indicatio a sensus acurine et hebetudine.

Indicatio a sensus acurine et hebetudine.

admittit, vt libro superiore declaratum est.

## T E X.

Hæ igitur indicationes semper memoriam tenendæ sunt in omni parte, quocumq; affectu laboret. Nā eius tēperatura, formatio, situs, et facultas, particulares nostras operationes immutabūt, seruato cōmuni scopo, quem perpetuo ex affectu sumendum esse docuimus. Qui igitur ex nuda solaq; intemperantia nascuntur morbi, contraria qualitate curant: calida quidem intemperies frigida, seu primario loco, seu ex accidente ea refrigerent: frigida vero calidis. Ad eundem modū sicca humidis, humida siccis. De eo autem quod primū aut ex accidēte calfacit, fusissime (vt nosti) in opere de simplicium medicamentorū facultate differuimus, ostēdentes nōnunquā id ex accidente calfacere, quod primario loco refrigerat, vt in frigide asperione, qua intro calor repellitur, & quæ calfacit refrigerare, cum calor calidæ asperionerare factō corpore discutit. Itaq; corpus cū a solis agentibus qualitatibus alteratur, sola calfaciēdi, & refrigerādi, humectādi, ac exiccandi, facultate ad naturalem habitum. Citra vllam sensibilem vacationē, re-ducitur. Cū vero solo materiæ, eiusq; temperatæ, influxu laborat, sola vacatione est opus. Sin intēperata materia sit, uacuationē simul & alterationē per cōtrarias qualitates

desyderat: vacationē quidem, haud aliter atq; affectus, qui rheumatici dicūt, de quibus librū vnū (vt nosti) cōscripsimus: in quo ab initio statim monstratū est, eiusmodi affectiones fieri, facultate quæ corpus vniuersum alit, imbecillitate laborante, cum collecta multitudo in omnium partium infirmisimas diffluit. Quinetiā fluente quidem sanguine quodātenus vitiatō in eiusmodi partibus in rheumaticis affectionibus promiscuus oritur affectus, quod perraro fortassis euenit. Semper enim mihi sanguis sine pituita, aut bili vel flaua vel atra, tenuis fluere uisus est. Quæ si alia quapiam occasione pars intumescat, videndum est, an inflāmatio, an scirrhus, an oedema eiusmodi affectus sit. Inflāmatōnem dicimus omnē calidam ac quasi flammeam affectionem, cuius differentias paulo ante retulimus. Itaque iam tempus est, vt de œdematis pauca tibi tradamus, quo in memoriam reuoces, quæ fusius me explicante didicisti.

## C O M M E N T.

Vna est curationis omnium morborum communis indicatio: nempe ipsū cōtrarium. Quod pro partis temperatura, formatione, situ, & facultate mutandum esse ostendimus. Quoniam igitur morborum non vna est species, sic nec eorundem remedium vnum. Morbi enim alij, ex nuda solaq; intemperie nascuntur: alij ex solo materiæ

*Aff. chionis  
speci. mat. in  
ca.*

Indicatio  
omnium  
morborū  
cōmunis.  
Morborū  
succincta  
recensio,  
atq; cura-  
tionis ratio.

eiusq; temperata defluxu: alij ex eiusdem, sed in temperata. Qui igitur ex nuda intemperie fiunt contraria intemperie curantur, vt calidi frigidis, frigidi calidis: humidi siccis, & sicci humidis. Qui vero ex humorum influxu, si quidem temperati sunt, solam vacuationem: in intemperati, cū vacuatione alterationē requirūt per cōtrarias qualitates, eorū videlicet humorum, qui iam partem obsidēt. Qui vero in corpore adhuc sunt, vacuatione, aut purgatione, aut utraque egent, non aliter atque in affectibus rheumaticis, qui, vt Galenus docet libro de curandi ratione per sanguinis missionem, sunt toto corpore infirmo, principibus vero illius partibus, paulū licet ipsis infirmitas in carnis, grauari solitis, eumq; in carnosas partes protrudentibus: & potissimū in glandulas excipiendis recrementis idoneas tum ob substantiæ suæ laxitatem, tum q; omnium partium minime robustas habeant naturales virtutes. Nā cū quatuor sint, ut ostēsum est. Prima attractrix, Secunda contentrix, Tertia excretrix, & Quarta alteratrix alias quidem tres maxime imbecillas glandulas carnesq; obtinent: at unam alteratricem haud ita multo cæteris partibus minorem. Post glandulas sequitur pulmo fluxioni recipiendæ promptissimus. Nam & hic tres facultates infirmas obtinet, & corpus ipsum laxum est. Deinde lien, porro autem cerebrum, vt ille; aut etiā plus excipit de fluxioni est habile. Cæterum hoc illis præstat, quod constructionem habet his excernēdis quæ accepit, promptissimam: nempe ingentes ventriculos, qui pronis meatibus euacuantur. Quibus

Affectus  
rheuma-  
tici,

Glandula  
rū natura,

Virtutes  
naturales  
quatuor,

oistabul  
mimmo  
modiom  
mumdo  
modiom  
abibul  
modiom  
modiom  
modiom  
modiom

ergo carnosio genere pulmo, lien ac cerebrum natura robustiora sunt, in his ad glandulas & carnes fluxiones perueniūt: vbi scilicet totus habitus infirmus fuerit, velut in rheumaticis affectibus fieri solet. merito igitur his curandis scopus est nō vacuatio, sed totius habitus roboratio. Quamquam curationis eorū initium à venę sectione sumendū sit. Quod si ex crementa prauam etiam qualitatem habeat, simul adhibeat purgatio, in his maxime corporibus, quibus neutrius plenitudinis propriū symptoma sit: nempe grauitas eius quæ ad vires, & distensio eius quæ ad vasa est. Hæc quidem Galenus. Ex quibus verbis constat in rheumatismis, etiam si parum placet Auicennæ, vacuandum esse, vbi humor nōdum vitium in qualitate cōtraxit, apparetq; vtriuslibet plenitudinis symptomata: nempe vel grauitas in ea quæ est ad vires, vel distensio in ea quæ est ad vasa. vbi vero neutrius plenitudinis adsunt signa, purgatione potius est opus. Si vero vna cum praua humoris qualitate eadem signa appareant, primū quidem sanguinem mittere, deinde purgare oportet, etiā si quis fluit, sanguis parum à natura excesserit.

T E X.

Oedema igitur fungosus & absq; doloris sensu tumor vocatur, quæ ex pituitoso humore consistere monstrauimus, aut vaporoso spiritu, qualis in cadaueribus euenit, & in pedibus sæpe ac cruribus eorum qui aqua intercute, tabe, & alio vitiatō corporis habitū laborant. Verū in illis periculosis affe-

Oedema  
in  
pedibus  
et  
cruribus  
eorum  
qui  
aqua  
intercute  
tabe  
et  
alio  
vitiato  
corporis  
habitu  
laborant

ctibus eiusmodi œdema symptoma est, nullam propriam præcipuamq; curationem requirens. Sola enim frictio alias ex oxyrrhodino, alias ex oleo cum sale, aut etiã oxyrrhodino sale habente ipsum sedat, atq; id genus alia multa.

## COMMENT.

Œdema, tis natura eius; quatenus symptoma est, curatio.

Absoluta de calidis tumoribus disputatiõe ad frigidos transit, primũq; ad œdemata, id est raros ac sine doloris sensu tumores, ex pituita vel flatulento spiritu ortos. Hi nonnunq; alijs morbis superueniunt, ut aque intercuti, tabi, & alijs corporis vitiatibus. Aliquãdo ex tenuis pituitæ influxu: ex crassa enim scirrhi nascunt, ut mox dicetur. Quod igitur periculosos hos affectus œdema sequit, multitudinis que hoïem premit esse symptoma, ut inquit Galenus, nullam ferorsum propriam curationem requirēs: quãdo curari, nisi affectu ex quo nascitur profligato, non pōt. Sed tamẽ aliquid de eo remittendum est, si quidem vires demolatur, aut primariũ affectum augeat, aut curationem impediãt. In hydrope, gratia exempli, si tantus crurum tumor adsit, ut & distentione dolorem excitet, & progressiõnem impediãt (quæ ad morbi curationem cõmodissima est) remittendus erit, ut & dolor mitiget, & expeditior fiat progressio. Tumorem autẽ remittit frictio, ut quæ meatus recludat, ex cremeta fluxu reddat, & si cũ oleo administrēt, humectet, laxet, emolliat, queq; in meatibus continent, euaporet. Quæ quidẽ frictio quia plus sæpe attrahit q̃ vacuat, præsertim vbi

corpus impurum est, ut in ante dictis affectibus, ideo cum astringente oleo sit, nempe rosaceo, cui etiã admisceat nunc acerum, vbi timetur fluxio: nunc sal, vbi magis exiccare ac digerere q̃ restringere oportet: vbi vero simpliciter vacuare volumus, cum oleo & sale fricamus.

## TEX.

At si ex pituitoso humore partem obfidente œdema factum sit, spongia aqua, que aceti aliquid acceperit, madefacta, aliquãdo affectum mitigat: qui si non quiescat, paulo plus aceti miscebis, ita attemperans, ut bibi possit. Hoc autem aquosius initio adhibendum est, potissimũ mollibus corporib;: valentius vero robustis, ac cutem duram habentibus, & quæ primo spongiæ impositu minime iuuentur. Esto autẽ spongia noua: cuius si copia nõ adsit, curiose abluat aphro nitro, nitro, & lixiuia stillatitia, quam <sup>novi ægypti</sup> vocant. Non cedente autem his remedijs œdemate, aluminis momentũ adijciendum est, ac spongia oĩno noua imponenda. Si vero aliquos ex artubus œdema occupet, spõgiam deligabimus, ab inferiori parte incipientes, ac superiori finiẽtes, iniectionem, compressionem, & arctationem, & omnem distributionem, ut in fracturis, facientes. Curationis autẽ scopus in hisce affectibus mistus est: alter quidem, ut horũ substantiæ aliquid digerat: alter, ut cogat, strin-

gaturq;. Si igitur iam dictis remedijs mor-  
bus non sedet, tunc vehementiora mistam  
temperaturā habentia ex genere supra rela-  
tarum facultatū adhibenda sunt. Ego vero  
in inueterato œdemate illitē oleo parti spon-  
giam ex lixiuio admouit: eaq; arctius deliga-  
ta malum vidi percuratum, nō amplius sci-  
licet hac curādī rōne mistam facultatē quasi  
scopum habente, sed ad digerendam dissecā-  
damq; materiam declināte: quod in omni-  
bus fere diuturnis affectibus pbari nō igno-  
ramus. Postq; vero abunde ad te qdem de  
œdematis scripsimus, de scirrholis tumoribus  
deinceps disserendum est.

## COMMENT.

Quoniam aliorum tumorum more œdema fit  
ex humorum in aliquam partem fluxione, duplex  
eius curandi scopus erit: alter vt horum substantia  
digeratur: alter, vt fluxio restringatur. atq; prout  
alter alterū superat, sic remedia sunt miscēda, alie-  
rum cum altero liberalius aut parcius. Vbi igitur  
plus erit restringēdum q̄ vacuādum, augenda re-  
stringentium vis erit. Vbi vero plus vacuādum,  
digerētium, ac exiccārium materia præpollere in-  
mitione oportet. maiorē porrō restringentium  
vim miscendā esse ostendit maior fluxio, & par-  
cior in affecta parte materia. Contrā, exiccārium  
ac digerētium vberiorē modum adhibendū, vbi  
vberior materia locum obsidet, & fluxio minor  
est. Itaq; posca ex usu est. Restringit enim poten-

Oedema-  
tis duplex  
curatio,

ter, nec inualide exiccat. atq; hæc quō copiosiorē  
aceti portionē acceperit, eō valentius, quō vero  
parciorē, imbecillius atringit. Sed aquosior ini-  
tio adhiberi debet (nam à leuioribus semper in-  
choandum est) & in corporibus mollioribus, va-  
lentior autē & quę plus accepit aceti, robustiori-  
bus & cutem duram habētibus, & vbi aquosior  
nō profuerit. Vbi vero plus digerendū est q̄ strin-  
gendum, lixiuia cōmodissime admouetur, vt cut  
maior vis insit exiccandi ac detergēdi q̄ restrin-  
gēdi. Ad hūc autem modum eiusmodi remedia  
adhibent. Spongia noua, & quæ nullam alienam  
qualitatē habeat, aut si noua non sit, abluta ac re-  
purgata vel nitro, vel aphronitro, vel lixiuia, ma-  
desieri ante dictis remedijs debet, hisq; vel simpli-  
tibus, vel admisto alumine, aut sale, aut alio me-  
dicamento, vt Glaticio, prout affectus efflagitare  
videbit, imponi loco affecto. Commodissima  
enim huic rei spongia est vel noua, vel, vt dixi-  
mus, repurgata, tum q̄ medicamentū copiosum  
excipiat, diuq; seruet, tum q̄ sua substantia affectā  
partem exiccet. Quæ si in promptu nō est, in eius  
vicem ellychnio utendum erit. Si autē brachiū,  
vel crus sit, quod afficit, deligāda spongia erit nō  
aliter atq; in fracturis: hoc est, ab inferiori parte  
incipiēdo, ac superiori finiēdo. Sit autē arctatio me-  
diocris, cuius primē qdē fasciē spireq; magis ar-  
ctande: quę vero deinceps sunt, remittēde: sed nō  
adeo, vt minus laxa sit deligationis pars, quæ hu-  
morum decursum impedire debet.

Inchoan-  
dum semp  
a leuiori-  
bus,

EX  
Exquisitus igitur scirrhus, tumor est præ-

ter naturā sensu carens ac durus. Nō exquir-  
 situs autem, nō sine sensu q̄dem oīno est, sed  
 ægre tamē admodum sentit. Qui igitur sine  
 sensu est, curationem nō admittit. Qui vero  
 hebetis sensus est, vt insanabilis nō est, sic  
 nec curatu facilis. Fit autē scirrhus ex glutin-  
 oso & crasso humore scirrhosis partibus  
 ita infartus, vt facile solui nō possit: qui ali-  
 quando statim ab initio paulatim cōcrescit  
 ac auget. Sæpe vero a medicis vehementer  
 erysipelata, ac inflāmationes astringentibus  
 & refrigerantibus conflat. Si quis igitur medi-  
 camenta vehemēter digerētia partibus scir-  
 rhosis admouerit, & scirrhum manifeste mi-  
 nuerit, hic breui se persanaturum eum falso  
 sperabit ignorans quod hæc curandi ratio  
 affectū relinquit incurabilem. resoluta enim  
 ex ipso subtiliori humiditate, quod reliquū  
 est, exiccatum, lapidosum efficit. Non sunt  
 igit scirrhosæ partes medicamēto vehemē-  
 ter exiccante curandæ, sed tepidum calorem  
 habente: humorē verō neq; multum, neq;  
 oīno paucum. Quod enim supra modum  
 humidū est, nihil prorsus digerit: quod ve-  
 ro minimū, plusq; par est exiccat. Oportet  
 igitur corpus scirrho obsessum a medicamē-  
 to profuturo, similiter atq; hæc quæ in sole  
 liquant, affici. Vocātur aut huiusmodi me-  
 dicamēta emollientia. De quibus copiosus  
 in quinto de simplicibus medicamētis pro-

ditum est. Exempla quoque eorum tradita  
 sunt: simplicia quidem, medullæ omnes ac  
 adipēs. Ex medullis vero primas tenet cer-  
 uina: deinde vitulina. Ex adipibus, volucrū  
 quidem anserinus, terrestriū vero leoninus.  
 Gallinaceum autē anserinus, pardaliū vero  
 ac vrsinū leoninus antecedit: post quos est  
 aurinus. His autē crassior est ac siccior ca-  
 prinus: atq; hoc magis, hircinus. Quod autē  
 eiusmodi affectus vehementer siccantibus  
 nō egeat, dictum est ante. De differentiā autē  
 quæ ex corū tenuitate ac crassitudine sumit,  
 docuimus q̄dem, sed nō perspicue. Idcirco  
 in memoriā tibi reuocāda sunt, quæ inter  
 nos cōmentabamur, dum Cercilij puerum  
 curabam: cui ex erysipelate vehemēter astrī-  
 cto & refrigerato tumor scirrhosus in toto  
 femore relictus erat: cui curandæ tenuū par-  
 tium medicamēta adhibenda esse existima-  
 bamus. proinde pueri femur oleo fouebam  
 in profundo labro sedentis largum oleū sa-  
 binum cōtinente: q; nō ignorarē, maiore id  
 partium tenuitate q̄ cætera præpollere. Bal-  
 neo vero, nisi pluribus interiectis diebus, eu-  
 rādī totius corporis causa, prohibebā. Post  
 vero eiusmodi fortū medicamēta ex cōme-  
 moratis medullis & adipibus affecto loco  
 imponebam, admittis nōnunquam bdellio  
 scytico, mastiche egyptia, & ammoniaco  
 thymiamate pingui nō vttere, nec nō & gal-

bano, quibus præmunitū totum femur pit-  
guissimo ammoniaco, aceto acerrimo reso-  
luto circumleui, deinde interposito rursum  
spacio panacis liquorē pinguisimum aceto  
acerrimo dissolutum adieci, eumq; recentē  
alioqui pinguis nō perduraret: quēadmo-  
dum, neque bdellium, neque ammoniacū,  
neque galbanum. Puerum verō alteri cruri  
innixum saltare iussi quo plus in id alimentū  
ferret. Postea vero redacto iam ad equalita-  
tem scirrholo tumore, veritus ne reliquæ  
superessent, cōtrariā curationē iniui, femur  
aliquo ex resinosis medicamentis illinens.  
Perpicue enim videbat scirrholā moles in-  
signiter quē cōcidisse medicamentorū quæ  
ex aceto cōstant, litu: relaxantiū vero, mol-  
lescere, sed non decreverit. Verū alternatus  
eorū vsus moderatus puerū curauit. Nam si  
altero tantū genere medicamentorū scirrhu  
curare tentasses, hunc nequaquā sanasses.

Scirrhus  
qd, & eius  
curatio,

## COMMENT.

Scirrhus tumor est durus & sine vilo dolore,  
sed nō sine sensu, nisi exquisitus oīno sit. Fit autē  
interdū incōmoda inflammationis & erysipelatis  
curatione, ad motis medicamentis vehementer vel  
refrigerantibus, ac stringentibus, vel imodice tenetē  
digerentibus humiditatē. Interdum vero sponte &  
sine externa occasione, scilicet humorū crassiorū  
vel glutinosorū vel vtrorūq; influxu, in aliquam  
partē. Siquis igit scirrhu curando medicamenta  
quæ

quæ vehementer trahant ac digerāt, admouerit,  
Primis quidē diebus egregie curatio processisse  
videbitur: sed quod relinquetur, in lapidosam dū-  
ritiē cōcreset, scilicet resoluta ac digesto toto  
eo quod tenuium sit partium, more lapidum, qui  
in renibus & vesica generantur, quod vbi cōcre-  
uerit, nullam curationem admitteret: nec enim sol-  
ui potest: quemadmodum nec lapides, si absum-  
pta humiditas est, scilicet eorū meatibus. Oportet  
igitur corpus scirrhu obsessum à medicamento  
quod iuuare debeat, simile quiddam his quæ in  
sole liquantur, pati: quēadmodū enim solaris ca-  
lor, vbi in meatus rei liquabilis subierit, quod la-  
tebat, humidū soluit, sic emollientis medicamētū  
in scirrholam materiam ingressus eam emollit.  
Sed nec quæ molliunt, cōtinuo affectum curant.  
opus enim est & digerentibus, non quidem vehe-  
menter, sed quæ molliendo cōmode id præsentat.  
Cuiusmodi sunt medullæ omnes, in quibus prin-  
cipem locum obtinent ceruina & vitulina: quæ  
admodum & adipēs, alij alijs magis, pro varijs  
animalium temperamētis. Summa igitur curan-  
dorum scirrhorum hæc est, vt vacuet quod præ-  
ter naturam est. Vacuatur autem, quod pertinaci-  
ter meatibus inhaeret, digerentibus, nō quidem  
vehementer, vt diximus, ac emollientibus, hoc  
est modice calfacientibus & exiccantibus. Qui  
autem ob calorem vehementer digerentem in to-  
phaceam duritiē concreuerunt, immedicabiles  
sunt: si tamen aliquo modo iuuari possint, hūme-  
tandi ratione curari debent.

Digerentia  
molliēdo.

Scirrhī q  
icurabiles,

Gal.

T

## T E X.

Tendones vero (sic enim neruofas musculorum propagines uoco) (ex cōmemorato medicamentorū vsu euidentissime iuari uidemus, si, quę pyrite lapide initur, curandi ratione, p̄be utamur: hunc autē oportet igni candentem acerrimo aceto inspergere, deinde affectam particulam super hūe dimouere, ut a uapōre sursum exhalatē scirrhus soluat. Multę enim partes iam plane repandę curatęq; hac curandī uia quę sic uersando fit, integre sanatę sunt, ita ut incantamentis similis res esse crederetur. scirrhosam autem partem remedijs ante dictis emollitam p̄æmunire oportet. Quinetiam in hac quę pyrite fit, curatione largo oleo sabino per quam calido, subinde fouendus affectus est, aut aliquo alio, ex subtilium genere. Nec uero minus proderit anethi potissimum uiridis ac recentis comam oleo incoquere. Quod si pyrites in promptu nō sit, molari est utendum, sic enim lapidem, ex quo molas parant, quibus frumentum molimus uocant.

## C O M M E N T.

Ostensum prius est, omnium tumorum vnā esse cōmunem indicationē, nempe uacuationē: & omnium scirrhōrū, qui quidem callum nondum cōtraxerunt, eam quę cōmode digerendo mollientibus fit. Monstratum p̄æterea est partium con-

stitutiones curationem variare. Igitur in tendone scirrhis, quę parthis durā ac densā sunt, cū emollientibus miscenda sunt quę dissecant, cuiusmodi est acetū, quo & ad alias partes utimur: ubi scilicet affectus inueteratus est, & pars affecta iam remollientibus est p̄parata. Incidit enim acetū, ac resoluit crassos humores. Vtilis igitur eius vsus est, si modice oportuneq; adhibeat, nō sæpe, nec longo tempore, nec inter morbi initia, sed interposito remollienti usū, alioquin tenues partes uolēter absumeret, ut Galenus ait, & reliquias humoris in lapido sām duritiē cogere. Ad hunc autem modum ministratur lapis pyrites, uel molaris, igni candēs acerrimo aceto perfunditur, super uapōrē calidum quem sursum emittit, scirrhosa pars collocat, subindeq; uersat, ut tota uaporem melius excipere queat. Postea medicamentū emolliēs, ut docet Galenus, imponitur. quotidie uero oleo aliquo quod tenuissimum partium sit, affectus perfunditur, in quo althęæ radix, aut cucumeris syluestris aut anethum uiride & recens, aut id genus aliud incoctū sit. Multas enim partes iam magnitudine scirrhi incuruatas ac in orbem cōtractas hac curandī ratione, quę uersando partē in ipso uapōre fit, p̄sanatas fuisse scribit Galenus, ita ut diuina potius q̄ humana res esse crederetur. In alio exemplari legitur προκαταντλήσθαι σαφιλῶς. in Aldino ελαίω σαφιλῶς θερμῶ: prior lectio magis mihi applaudit.

## T E X.

Lienem autē scirrhosum non solum fortis adhibitis yehemētibus medicamentis cur-

Tendonis  
scirrhosi  
curatio,

lib. i. c. 1.  
anno 1601  
101

Pyritis la:  
pidis uel  
molaris  
ministra  
tio,

alobnoT  
focimh  
vobano

rare oportet, sed & ualidissimis potionibus. Nam & has citra molestiā perfert. Ex hoc autem genere optima sunt: radicis capparis cortex, & scolopendrii & myricæ tum radices, tum ramuli. Hæc autem omnia in aceto & mulso aceto incoquenda sunt.

## COMMENT.

Lienis scir  
rhoi cura  
tio,

Lien scirrho obsessus uehemētia admittit medicamenta, siue foris, siue introrsum adhibeantur, etiā si raræ sit substantiæ, & munus habeat corpori necessarium, nempe excipiendi atq; bilis recrementum. Quoniā autem minime neruosa pars est, proindeq; sensus hebetis, & in alio cōdita, fortissima fert medicamēta, sed alternatim, ut de aliarum partium scirrhis diximus, imposita. Itaq; utiliter bibitur vel acetum, vel posca, vel acerum mulsum: in quibus incocta sint radicis capparis cortex, scolopendrii & myricæ tum radices, tum germina. Foris uero imponunt remolientia, quale cataplasma est, quod quia ex althæa cōstat, dialthæas dicit: agrestis maluæ folia cum adipe anserino uel sullo, aut alio remolliēte. Incedētia uero ac digerētia, ut ammoniacū, cui tantū aceti admistū sit, ut luti crassitudine accipiat: & flos salis, ut qui & extenuet & digerat abunde.

## TEX.

Sæpe uero lien tāgenti reniti uidetur, tamen si scirrhosus non sit, sed potius flatulentus. In quo affectu ubi absinthio prius locū perfuderis, imponendū est emplastrū misse facultatis: quale est, quod ex sulphure & alu-

mine cōstat. Plurima profecto id genus remedia in medicamētōrū libris scripta sunt. Non simpliciter autem mistorum medicamini uiribus animum intēdere oportet, sed & quantum misceatur. Cum enim flatu lien aut potius œdemate intumuit, etiā si aluminis multum inieceris, nihil offenderis. At si scirrho occupetur, digerendi facultas præpollere debet. astringendi uero exigua portio admisceri. Cum uero ex simplicibus sponteq; nascentibus medicamētis salis flos hac uī sit præditus, scirrhosum lienem sanat foris in marsupio impositus.

## COMMENT.

Lienem nūc scirrhus, nunc flatu (opportunitus enim his iniurijs est) occupat, hic facile, ille ægre discutitur. Rursus hic magis, ille minus digerentibus eget. Quocirca flatuosus lien absinthio prius perfundi, deinde ipsi emplastrum imponi, quod misse sit facultatis, debet, quale est quod ex sulphure & plurimo alumine constat.

## TEX.

Iecoris uero scirrhum, recentem sæpe curauimus: inueteratū uero neque ipse sanare potui, neq; alium qui posset, noui. Omnes enim ita affectos omnino sequit aqua intercus. Plurimi autem longiore temporis spatio intereunt. Nonnullos uero breui perire uidi, quibus aluus multa deieciēbat. Palam igitur est his stipata esse uasorū ora, per quæ

T ij

Lienis flatuosi cura  
tio.

cibus ex simis iecoris partibus in conuexas transmittitur. Quod si qui ex his curati sunt, non alia ratione quam quae in musculosarum partium scirrhis monstrata est, sanitatem sunt adepti. Non enim hoc viscus vehementia medicamenta, ut lien, sustinet. Remollientium igitur mistura quae inflammationis ratione visceri admoventur medicamenta augenda sunt. Erant autem illa ex absinthij coma, & expresso ex vnguentaria glande oleo myrobalanupiesma uocatur, & utraque nardo, indica, & celtica: praeterea croco, & aenanche, mastiche chia, & unguentis ex nardi spica temperatis, item mastichino, melino, & aenanthino. his igitur si ammoniacum thymiam, & bdellium, & commemoratae medullae ad adipem, quaeque incidere idonea sunt, adijciantur, iecoris scirrhum sanant, commoda victus ratione obseruata, una cum medicamentorum portione, quae obstructionem delent, & succum qui in viscere retinetur, detergunt. Haec autem omnia vim habent comminuendi etiam renem calculi: quorum materiam multi medici tractarunt. His autem quodpiam admiscendum est ex illis, quae urinam mouere possunt: quorum materia plurima tum a multis alijs, tum a nobis in opere de medicamentis scripta est. Quocirca quae nunc dicta sunt, tibi sufficiant.

COMMENT.

Iecur munus habet toti corpori publicum, & virtutis naturalis est principium. Igitur eius habenda maxima ratio est, ne robur amittat. Vehementia enim medicamenta, ut lien, ferre non potest. Quocirca si scirrhus laboret, non facile curationem admittit, nisi recens sit. Nam inueteratus omnino non curatur, quia tam vehemens medicamentum quam affectus efflagitat, iecur ferre non potest, ut cuius vehementia partis robur uniuerso corpori maxime necessarium soluat. Hoc vitium aqua intercus sequitur, tandem processu temporis mors. Natiuum enim iecoris calorem, proindeque eius virtutem demolitur (ostensum enim est hunc virtutem esse substantiam.) Itaque pro sanguine quo ali debet corpus, generat aquosa humiditas: unde aqua intercus nascitur. Aliquando uero, cum scirrhus vias per quas ex simis iecoris in conuexas partes deferretur, obstruit, mors hydropem antevertit, scilicet corpore alimentum non recipiente, & aluo immodice fluente. Qui igitur curationem admittit, non alia ratione sanitate consequitur, quam quae scirrhus laborantibus musculis adhiberi solet quam Galenus decimoquarto Methodi medendi ad hunc modum docet: Ad musculos vero alium sane non uidi, qui ammoniacum thymiamate cum aceto uteretur. Ego uero saepe usus sum, utique mollientium usum interponens, atque sub illis nulla cernitur euidentis utilitas. Sed posteaquam per ea molliuit scirrhus tumor est, maximum certe usum ammoniacum aceto liquatum conferat. sufficit autem uno alteroue die usus ad remollientiam reuerti, ac rursus his pluribus diebus usus.

iecur uehementia uti lien medicamenta non fert. Iecoris scirrhus inueteratus insanabilis.

Iecoris scirrhus curatio.

denuo ad medicamen qd̄ ex aceto fit redire: siue  
 id ammōniacū, siue quid aliud habeat eorū emol  
 lientiū, quæ paulo supra sunt comprehensā. Hac  
 quidē scirrhi musculorū curandi ratio, quā Gale  
 uis iecoris scirrhis cōuenire docet: quod verum  
 est indicatione à morbo petita, remolliētia enim  
 ac digerentia requirit. Pars vero quoniā & vir  
 tutis principū est, & munus toti corpori habet  
 cōmune, maxime sui tutelam indicat: proinde cū  
 antedictis medicamentis misceri debent, aut eo  
 rum vsui interponi, quæ modice stringendo ro  
 bus partis seruent, qualia sunt absinthium, cenan  
 the, & alia hic à Galeno commemorata.

## T E X.

Ad aliud enim tumoris genus iam transi  
 re tempus est: cui gignendo flatulentus spi  
 ritus materiam suggerit. Dicitur autem nō  
 solum flatulentus, sed & flatus, eiusmodi  
 spiritus crassus ac vaporosus neque æthe  
 reus substantia, neque tenuis: eius uero natu  
 ram intelliges, si qualis in austrina, qualisq;  
 in aquilonia constitutione sit ambiens aer,  
 in memoriam reuocaris. Siquidem austrino  
 flatulentus, aquilonio uero naturalis in  
 nobis spiritus est similis. eiusmodi autē spi  
 ritus distationem, corporis etiā densitas im  
 pedit. Quocirca eius affectus curatio unum  
 ac cōmunem vtrique scopū habebit: nem  
 pe densi corporis rarefactioni, & crassi spi  
 ritus extenuationi. Nā si medicamentis tenui  
 tate partiū pollentibus vtrunq; sufficienter

et alfeceris, densum quidē rarefacies, crassum  
 uero extenuabis. Affectorum autē locorum  
 natura ad idoneam remediorū materiā indi  
 candam cōferet, eiusq; adhibēdæ maiorem  
 minoremue modū. Nam id genus spiritus  
 crassus ac vaporosus nōnunquam quidē  
 sub membranis quæ integunt ossa, collectus  
 continetur, nōnunquā sub peritonæo, ali  
 quādo uero in intestinis & ventre. Interdū  
 & sub mēbranis musculos circundantibus;  
 quæadmodum, & sub mēbranosis tendo  
 nibus. Nōnunquā autē & in spacijs quæ  
 cogitatione percipiuntur tum musculorū, tum  
 aliarū corporis partiū: quarū naturam ex  
 anatomicis administrationibus didicisti. Ad  
 hūc quidē modum & musculus ipse spiritū  
 implet. In ventre quoque aut intestinis fla  
 tulentus spūs cōcludit, qui si vehemēter fri  
 gidus sit, maximū excitat dolorē. Hęc autē  
 omnia curationē quidem, ut diximus, ha  
 bent cōmunē ex tenuium partiū materia,  
 quæq; si doloris particeps sit affectus eam ha  
 beat naturā, ut dolorē mitigare possit. Pro  
 differentia uero affectorū locorū, tum cu  
 rationis materia mutat, tum facultas inten  
 ditur ac remittit. Cum igitur eiusmodi flatus  
 dolorē in inferiore ventre pepererit, oleo  
 tenui vna cū medicamētis quæ in eo cocta  
 fuerint, infuso statim eum sedabis. Incocta  
 autē in oleo medicamēta cum partiū tenui

tate calfaciūt, quale est cymīnū quod apud nos nascit, & eo amplius quod æthiopicum dicit, & ap̄ petroselinūq; semen, fœniculū, finonis, anisi libyftici, seselis, dauci, & spondyli. Quod si dolentium partium affectum frigidum esse conieceris, in eo rutam, fœniculū, & lauri baccas incoques, admiscebisq; bitumē, atque ipsum oleum laurīnū, quæq; simili calfaciendi facultate sunt prædita, & si inflāmationē cum doloribus iunctam esse suspiceris, omnia acria, & vehemēter calida demes. Ad ea vero, quæ cū his facultatibus mediocribus relaxare possunt, trāstibus. Itaq; in oleo incoquēdum anethū est, nō ruta, miscendusq; adeps anserinus, aut gallinaceus. Sed hæc quidem in magnis doloribus. Mediocres vero foris adhibito fotu iuuantur. maximeq; ex milio, vt cuius lenitas nullam oīno partibus dolentibus molestiā asserat. Aut si eius copia nō sit, ex calfacto sale, aut lino crudo, aut alio quouis mō. Atque magna cucurbita cū larga flāma sine cutis scarificatiōe præsens dolori sæpe remediū attulit. Hac autē cingendus est vmbilicus. Quod si post hæc dolor perseueret, medicamentis ex opio, quale est Philonis Tharsensis oībus medicis cognitū, vt inon formidabis, etiam si necessario noxam aliquā afflictiis partibus, ex his accessuram non ignores. Sed certe et quod magis vrget, obfistendo hominē do-

loris vehemētia animo delinquentem cum parua noxa seruare fatius erit. Nam sequētib; deinceps diebus offensionem medicamēto contractā emendare poteris. Eiusmodi autē medicamēta quia dolores mitigant. Anodyna vocant; hos enim sedant. At nō affectū integre curant, sed sentiēdi facultatē cōsopiunt. Utendum autem est philonio & oībus ex opio cōfectis medicamētis, nō recentibus, sed annotinis, aut minimū, semestribus. Maxime igiū ac celerrime gracillium intestinorū dolōres epotis medicamētis sedantur, quæ ad modum ipsidem in sedem immisissis crassorū affectus protinus iuuantur. Cæterum nō exiguam virtutis portionem epota medicamēta infernis affectis partibus, & in sedē indita supernis dispensant. Quinetiam in carnosas partes spiritus flatulentus colligit aliquando oīno sine dolore, & diutius durat, præcipue iuxta articulos, vbi musculi ipsi tum neruosiore, tum compactiores sunt, in medio vero carnosiores ac rariores. Tales autem affectus, vt nosti, medicamentis ex pice, resina terebinthina, & adipe leonino, & seuo taurino curauit. Prodest autem & ipsis medicamentū quod ex strigmento & calce paratur, & quod ex sycomorō constat: atque, vt semel dicam, insigniter tenuia: quibus remollientia sint permista.

## COMMENT.

Flatus cā,

Inflationū  
causē &  
curatio,

Inflationes sūt ex spiritu flatulento in parte aliqua acruato: ut sub cute in membranis que ossa, & musculos cōtegunt: in musculis viscerum, in ventre & intestinis, in peritonæo & alijs corporis spatijs, tam que sensu q̄ sola cogitatione percipi possunt. Generatur autē eiusmodi flatus, ex materia humida, & calore, minore q̄dem q̄ qui eā materiam sensili transpiratione digerere possit. eiusmodi enim calor, suscitare q̄dem vaporē ex humida materia potest, sed nō, ut dixi, digerere. Nec vero frigiditas nec caliditas superuacanea flatum gignit: q̄ illa materiā humidam cogit, hæc vero discutit. Temperatus vero & p̄portione humorū respondens calor tantū vaporis suscitāt, quātum digerit: ideo flatum nō procreat. Quod si cū calorū imbecillitate, adsit meatū per quos flatus eua pore, densitas, inflatio maior erit: cū alioqui ipsa per se cum mediocritate, tum calorū tum vaporis partē inflare possit. quæ admodum cōtrā, si calor languidus vaporis copiam exuscitet, & carotiscq; admodum rara sit, nulla aut exigua fiet inflatio. Hinc fit ut hyeme frequētius, estate minus corpus inflēt. Cum igit̄ hæc tria, materia humida, calorū imbecillitas, et meatū densitas inflationē generent, curationis scopus erit, calorū substantiā roborare, vaporē extenuare, & meatus recludere. Posteriora sūt medicamentis extenuantibus & calfacientibus, magis minusue pro partū densitate & raritate, vaporum crassitudine & tenuitate. Raræ enim partes & vapor nō admodum crassus, minus: densę vero, & vapor admodum crassus, ma-

gis extenuantibus, & calidis egēt. Caloris autē substantia si perijt, instauranda est: si alterata est, ad mediocritatem reducenda, ut prius ostensum est. Quod si vnā dolor cruciet, ad anodyna transfūdum est. Affecto igit̄ ventri, p̄dest focus ex milio, aut sale, aut crudo lini semine, si q̄dem dolor mediocris sit, aut iuncta cum dolore inflammatio: Si vehemēs, vtendū est oleo tenui in quo cymicum incoctū sit, apij & petroselinī semen, & id genus alia, que Galenus fusc docet, quibus si non sedet dolor, cucurbita magna cū larga flāma, sine scarificatu affligenda ventri est, ita ut vmblicam cōplectat. Quod si nec hæc profuerint, medicamēta ex opio adhibēda sunt: quæ quia dolorē mitigāt, anodyna dicunt. Dolor autem trifariam sedatur: nempe aut calfacientibus, extenuantibus, rarefacientibus, vaporē exitum nō habentē discutientibus: atq; hæc acopa, vereq; anodyna dicunt: Aut dolentem partē consopientibus quæ narcotica vocant: aut quæ sua mistura humorū acrimoniam temperant, dicunt autē hæc ἐπιχρεστικὰ: omnia vero homonimè anodyna dici possunt. Quod si artus inflati sunt, aut musculi sub cute, aut membranæ ossa cōuellescentes, citra quæ dolorē loquor aliquis tenuissimarū partium, quale lixiuum est spongia noua exceptū, imponi debet. Cum dolore vero, yngēda pars oleo, quod relaxandi ac remittendi vim habeat. Quoniam autem eiusmodi affectus sunt, ut Galenus ait, contusis musculis vel membranīs, quibus ossa circūdanē, musculis quidem, q̄ sæpe ex cōtusione doleant, medicamētum quod mitiget, imponendū est: qualis sapa est

Ventris in  
flati cura-  
tio.Dolor trifaria  
sedat.  
Acopū qd  
Anodyna  
vere,  
Narcoticū  
quid,ἐπιχρεσ-  
τικὰ  
quid,  
Artū mu-  
sculorumq;  
inflatorū  
curatio.

cum oleo & vino & paucis aceto: in principio autē succida lana excepta, calida imponi debent. hæc enim nō solum leniunt, sed cōcoquunt, digerunt, ac restringunt: quæ cōtus musculus desiderat. In affectus autē declinatione misceri acetū non debet, sed lixiūm ad materiæ extenuationē & digestionē, meatuūq; reclusionem: membranis vero ossa cingētibus spongia lixiūo imbuta imponenda est. Vehementiora enim medicamenta q̄ musculus admittit, propter distantiam longiorē & densitatem maiorem.

## T E X.

Quoniam de his abūde diximus tempus est, vt de abscessibus disputemus. Sic autem has vocant affectiones in q̄bus a seipsis, quæ prius iungebant, partes abscedūt. Spatium igit̄ in medio vacuū fieri necesse est, quod materiam aliquā aut flatuosam aut humidā aut ex vtraque mistam cōtinebit. Mutantur autē in abscessum & inflāmationes quædam, & erysipelatosi phlegmonosiq; tumores non pauci. Præter hæc autem & abscessus ex quorūdam humorū aut spiritūū vaporosorū abundantia fiunt, siue in affectarū partium medio gignant, siue aliūde eorū modo quæ ἀποσμήματα: dicunt. Sic enim eas affectiones vocant, cū humoris loco, quæ prius infestabāt, relicto in alterū confluūt. Quocūq; autē modo fiat abscessus, id spatū quod abscedētes partes interiaceret, humoribus illū

afficientibus implet. Qui si diutius aliquādo maneat, in varias formas mutant. Etenim lapidibus, arenis, testis, lignis, carbonibus, luto, strigmento, amurcē, fæci, multisq; id generis alijs similia sæpe in abscessibus contenta deprehendunt. Qui igitur sub cute summa cōsistunt, facillime dignoscuntur, nec ægre curantur. Nam tactus proprietate promptè in notescūt. Curantur vero medicamentis foris impositis, nō quæadmodum qui in imo corpore maximeq; in visceribus cōsistunt, ea quæ potantur, desiderātes. Quod igitur ad dignotiones attinet, premētibus digitis abscessus suppurātes, more obsecsarū inflammatione partium, nō renitentur. Itaq; manifestum sui indicium præbent. Habitus autē proprietates, alia quidē in tenuibus, alia vero in crassis humoribus est, quæadmodū in glutinoso & mucoso humore. Sæpe vero quæ abscessit pars spiritu distenta nobis obijci, qua diuisa, sanguinis grumus inuenit. Itaq; quisquis his aut ter eiusmodi affectū viderit, si diligens sit ac memoria valeat, an grumus in hisce tumoribus cōtineatur, dignoscere poterit reuocando in memoriam distensionis & habitudinis proprietatem. Ac forte præstat non proprietatem, sed quantitatem distensionis & habitudinis dicere. Curantur autē quæ per summa sunt inflammationes, dum in abscessum uertuntur, ini-

tio quidem abscessionis dolorē sedando ac relaxando: ea vero iam procedente transire ad maturandi & suppurandi (sic enim proprie appellant) rationē transire oportet: de qua alijscq; id genus in quinto de Simplicium medicamentorum virtutibus libro disseruimus. aqua igitur liberalius fouenda, ac ca lente oleo perfundenda est pars inflāmata, imponendumq; cataplasma ex triticea farina, in aqua & oleo temperate cocta: celerius enim ad suppurationē ducit, q̄ quod ex pane cataplasma conficit. Illud enim maxime digerit, nimirum quod salem & fermentum recipiat, exacteq; sit coctum. Nihil vero horum obtinet, quod ex triticea farina fit. Et cum initio suppurationis, inflātionis curationem moliris, si speres eam prohibere posse, panē cum oleo & aqua permistū plurimum incoques, aquæ autē q̄ olei, maior sit portio. Farina autē hordeacea eodē modo parata suppurationē magis impedit. In hac autem curatione cōcocta sit in aqua, qua locus fouetur, althææ radix. Si vero cutis partis inflāmatæ vehementer distendatur, hęc frequētib; incisuris per summa scarificare oportebit, postea hordeaceā farinam modo declarato coctam imponere. Tentauit autē sæpe in superficie leues oīno incisuras facere: alias vero his cōtrarias altas, magnasq; & alias tertias, inter has longitudine & altitudine

tudine medias. Quæ igit in summa cute fiebant, exiguam opem ferebāt. Altæ vero ac longe plurimum sanguinis fundebāt. adeo vt animi fere deliquium afferrent, atque hę rursus propriam curationem, vt vulnēra, desiderabant. Inter medias autē a dictis incommodis semper liberas esse deprehēdi, quocirca his potius, quam alijs, vtendū esse duxi. In quibus vero tumor ægre ad suppurationē ducitur, ægreq; discutitur, infartos humores crassiores esse ac tenaciores credendum est. Eiusmodi autē affectus soli altis scarificationibus recte curari possunt, quibus & cataplasma quod ex decoctis caricis constat, conuenit. Non autem ipsæ caricæ, sed aqua in qua coquendo contabuerint, sumenda est. Dulces autem ac pingues sint, vt earum humor melli sit similis. quod si plurimum has concoxeris, tenuis mellis crassitudinem decoctū repræsētabit. Huic igitur aquæ miscenda est interdum hordeacea farina, interdum vero panis cibarius, quem syncomistum vocant: sic enim dicitur medius inter exquisitē purum, & quem pityritem, id est furfuraceum appellant: syncomistum nonnulli autopyrū dicunt, quoniam in puro quidem farinam non qualis natura est, sed repurgatam fursure in panificium assumunt. Contra in furfure adeo purissima farina eximitur. Cibarius autē pa-

nis, qualem triticum natura farinam habet, talem seruat. Oportet autem triticum ex quo farina sumitur, ex his esse, quæ generosa dicuntur. Quoddam enim plurimum in se furfuris obtinet, idque ignobile dicitur: aliud vero similaginis, quod, ut dixi, generosum vocant. Triticum igitur, ex quo utilis ad cataplasma farina sumenda est, furfuraceum non sit, sed, ut diximus, similaginosum. Quod si ex ignobili tritico farina desumatur, non nihil furfuris detrahendum erit. Atque ita panis medius conficietur: cuius pars media ac tenera ad cataplasma miscetur, quando, ut dixi, facultate medium inter hordeaceam & triticeam farinam cataplasma temperare in animo fuerit. Nam triticea farina pus maxime mouet, ac concoctionem iuuat: hordeacea maxime digerit. Commemoratus vero panis mediam fortitur farinam, quemadmodum eius farina inter ante dictas farinas triticeas est media. ad hoc igitur respiciens, caricarum decocto misceas, quod commodius tibi videbitur, siue ex farinis, siue ex panibus. Quod si tumor discutatur quidem, sed minus quam par sit, cum caricis incoquendum hyssopum est, aut origanum. Quando autem valentius tumorem exiccare voles, decocto salis adijciendus est: deinde hordeacea farina inspergenda: ex qua ubi quod furfuraceum est, totum excusseris,

diutius coctum cataplasma impones. At in tumoribus, qui facile non digeruntur, timendum est, ne reliquæ in scirrhum mutantur. Quocirca diligenter animaduertendum est quoties soluit cataplasma, in quod omnis qui curatur tumor, transeat (Curandi enim ratio, quæ vehementer exiccantibus obitur, scirrhosum affectum relinquit) id autem in quaque solutione deprehendes, si affectam partem tractando, presentem eius statum cum præcedente comparaueris. Si igitur aliquando hanc coniecturam habueris, in aqua cucumeris agrestis radicem aut bryoniæ aut asari incoques. Sæpe quidem has solas, nonnunquam vero & adiectis pinguibus caricis, deinde farina cum aqua miscenda est, cui & adipis maxime anserinis aut gallinacis non nihil adijcies: quorum si copia non sit, suillus est addendus. Dictarum autem herbarum, & cum his althææ radices post mediocrem coctionem cum pane & adipe contritæ eiusmodi tumores discutunt. His vero valentior est dracunculi radix: cum qua, si quando uti voles, (cum maiore partium tenuitate & digerendi facultate, quam quas modo commemorauimus, polleat) admiscendus omnino adeps est, nisi enim humectaueris ac emollieris, sed tantum, vehementioribus medicamentis scir-

rhosos tumores digerere statueris, primis quidē diebus hos insigniter minues, simul id quod relinquitur, indurans: quod vbi in duritiem coactum fuerit, ægre discutietur. Itaq; commodius, vti diximus, valenter digredientibus emolliētia miscbimus, cum in scirrhum tumores mutari metuimus: cuius curandi ratio supra audita est.

## COMMENT.

Apostema seu Abscessus quid.

Abscessus vnde.

Abscessuū materia in varijs cor rumpitur formas,

Apostema Græci nos abscessum dicimus cū materia aliqua corporis partes quæ prius coalescebant, disiungit, spatiumq; in medio efficit, in quod sese ea recipit. Male igitur nonnulli apostematis & inflāmationis nomina cōfundūt: quādo inflāmatio & cum apostemate & sine eo, quæ admodum apostema cū inflāmatione & sine ea potest accidere. Fit autē abscessus ex vaporoso spiritu, aut humida materia, aut mista vtraq;. Vapor ac spiritus spaciū sibi distendendo molitur. Humor autē vel acrimonia exulcerante, vel abundantia distendēte rumpentq; velut sinum aliquē, in quē se recipiat, facit. Hanc autē materiam suggerit inflāmatio, vel erysipelas, vel mysta ex inflāmatione & erysipelate affectio, cum in pus vertunt, vel humor, aut vapor in loco genitus, aut aliūde accitus. Igitur quocunq; modo fiat abscessus, id spaciū quod abscedentes interiacet partes, humoribus eum afficiētibus impletur. qui si diūtius aliquādo maneat, in varias formas mutatur: nempe lapidibus, arenis, testis, lignis, carbonibus, luto, strigmento, amurca, saci, & id genus alijs simi-

les. Nā pro humoris tum calore, tum cōcretionē, & caloris magnitudine, tēporisq; spatio aliæ atq; aliæ formæ in alijs & diuersis abscessibus fiunt: nempe duræ, molles, liquidæ, nigrae, rubrae, flauæ, albæ. Crassam enim materiā in duritiē temporis processu cogit calor vehemens. quæ si nigra sit, carbonis speciem representabit. Mediocrē vero, calor mediocris, in pus mutabit: liquidam digeret. Qui igitur in carne cuti subiecta cōsistunt, facile cognoscuntur, nec ægre curantur. Siquidē materia, ex qua fit abscessus, crassa, aut glutinosa, aut mucosa, aut grumosa, aut in aliquā ex antedictis formis mutata, tactui renitit. Humida vero ac tenuis, aut iam in pus versa, prementibus digitis cedit, nisi multitudine cutem distendat. Duris enim caro nostra cedit, carni vero mollia. Curantur autem in summa cute inflāmationes, quæ in abscessum vertuntur, initio quidem abscessionis dolorem se dando ac relaxando. ea vero iam procedente, ad maturādū, & eius quæ proprie suppuratio dicitur, rationem transeundum est. Dolor interim, dum inflāmatio in abscessum mutat, vehementius affligit. quia qui tum putrescit humor, partem acrimonia exulcerat, calor inflammat, & eandē multitudine distendit, ac vnitatem eius soluit. Mitigatur igitur dolor, acrimoniam exulcerantem retundendo, calorem extinguēdo, & distensionem remittendo. Acrimoniam retundunt *εμπροσθεν*, id est quæ sue substantiæ mistura eam molliorem minusq; mordentem reddūt. Qualia sunt, lac, oleum, aqua dulcis, & id genus alia. Inflammatam partem refrigerant, proprie

difficilis  
obscuro

Dolor quo modo sedetur.

quidem, facultate frigida: improprie uero & ex  
accidenti, calida, materiam quæ partem inflam-  
mat, digerendo ac dissipando. Laxant uero, quæ  
emolliunt rarefaciunt materiã in meatibus con-  
tentam, extenuant, æquant ac resoluunt, proinde  
que dolorem sedant, & proprie anodyna dicun-  
tur, ut prius docuimus. Cõstat autem hæc medi-  
camenta, aut temperata, aut temperatis paulo esse  
calidiora. Mitigato uero dolore, ad affectus cu-  
rationẽ procedendũ est. Curatur affectus vacua-  
ta, quæ in spatiũ collecta est, materia. Quoniam  
autẽ ea varia est, ut modo dicebamus, ideo non  
eadẽ ratione omnes vacuantur. Nam si in sinu mi-  
nime profundo tenuis & pauca materia resoluicq;  
idonea contineatur, cutisq; rara sit, digerentibus  
mollieã curatio est. Sin ob humoris crassitudi-  
nem aut copiam, cutis densitatem, & abscessus al-  
titudinem digeri non possit, ad maturationem &  
suppurationem transeundũ est: uti in inflammati-  
onibus maxime, quæ in abscessum iam uersæ sunt.  
In quibus uero abscessibus nulla ob crassitudinẽ  
nec digestiõnis, nec maturationis spes relicta est,  
ut in steatomatis, uno presidio utimur, nepe exci-  
sione: quæadmodũ & in alijs, quibus pus ac alia  
materia digeri non potest. Nonnulli enim absces-  
sus solam manus curationem efflagitant: in quibus  
materia propter crassitudinem nec digeri, nec pu-  
trescere potest. Quidam uero tam sectionem q̃  
maturationẽ admittunt: ut in quibus humor ma-  
turari quidem potest, sed ob crassitudinẽ, aut len-  
torem digeri non potest: cuiusmodi est athero-  
ma. Alij triplicem curationem, nempe digestio-

Abcessus  
curatio,

Apertio  
sui Abscessus

Apertio  
sui Abscessus

Dolor  
in  
modo  
dicitur

nem, maturationem, & sectionem recipiunt: qua-  
les sunt qui ex tenuiori cõstant humore, sed non,  
ut totus digeri possit. Igitur ubi inflammatio  
(nã de hac præcipua nostra est disputatio) in pus  
conuertitur doloremq; inuehit, aqua dulci calida  
liberaliter fouẽda est, ac oleo dulci perfundenda,  
ut dolor mitigetur. Aqua enim potentia refrige-  
rando inflammatiõnis uoluentiã extinguit, actu  
calfaciendo materiam calidam digerit. Oleum  
uero humectat, emollit, relaxat quod distentum  
erat. vtrunq; remediũ, utpote calidum, imposi-  
tum rarefacit, digerit, æquabilem reddit humo-  
rem, atque suæ lenis ac dulcis substantiæ mistura  
acrimoniã mitigat: tribus igitur his nominibus,  
nempe refrigerando tam per se quàm per accides,  
relaxando, & sua mistura temperando, dolorem  
lenit. Postea quam sedatus est dolor, imponen-  
dum est cataplasma ex triticea farina in aqua &  
oleo mediocriter cocta. Vbi enim nulla digerẽ-  
di humoris spes est, cæterum maturandũ est, ad  
ea quæ pus mouendi facultatem habent, transire  
oportet. Pus mouent quæ natiuam humidita-  
tem, nec augment, nec minuunt: caloris uero sub-  
stantiam non solum seruant, sed & augment. Igi-  
tur hæc medicamenta nostro calori similia esse  
debent, atq; emplastica, ne superuacanea calidi-  
tate ac siccitate dissipent, frigiditate & humidita-  
te coctionem impediant, sed suo lentore corporis  
meatus obstruendo natiui caloris dissipatiõnem  
prohibeant. Nam in coquendo humore pluri-  
mum spiritus intus seruari oportet. Eiusmodi  
autem est cataplasma, quod ex farina triticea in

Apertio  
sui Abscessus

Apertio  
sui Abscessus

Pus mo-  
uentia,

aqua & oleo mediocriter cocta conlat. Hæc enim farina lentoris quidpiam habet, proindeq; emplastica vi prædita est: quemadmodum & oleum, quoniam autem hæc farina nostrum calorem excedit, in aqua coquitur, vt eius calor nostro æquetur. Oleum vero præterquam qd temperatum est ac emplasticum, efficit, vt medicamento vires diutius inhærant: commode igitur eiusmodi cataplasma, vbi pus mouere consilium est, imponitur. Celerius enim ad suppurationem ducit, quàm quod ex pane conficitur. hoc enim maxime digerit, vt quod sale & fermentum recipiat, exauctus sit coctum. Nihil vero obtinet horum, quod ex triticea farina fit. Constat enim panem, in quo quidem sal sit adiectus ac fermentum, calidiorem nostro temperamento esse, extergendique ac digerendi vim habere. Fermentum enim putris caloris est particeps, tenuitate partium pollens. Ideo ex profundo sine molestia extrahit & digerit: Sal exiccat, & humorem absumit redundantem. Quòd si modice coctus panis sit, magis maturat, & minus digerit. Itaque cum initio suppurationis, inflammationis curationem moliris, si speres hanc prohibere posse, panem oleo & aque permistum plurimum incoques: aque autem quàm olei, maior sit portio. Speramus suppurationem prohiberi posse, si qui inflammationem producit humor, nec inultus sit, nec crassus, nec lentus, proindeq; nec medicamentorum vim superet. Hinc autem anteuertemus humorem qui abscessum gignit, vacuando, qd commode fiet digerentibus, exiccantibus, humorum depascenti-

Fermenti  
natura,

bus medicamentis, quale esse iam ostendimus cataplasma ex pane in oleo & aqua plurimum decocto. Farina item hordeacea eodem modo parata suppurationem magis impedit. Althææ autem radix in aqua concocta sit, quæ in hac curandi ratione perfunditur. Hæc enim medicamenta, excandendi, ac digerendi vim obtinent, ideo & inflammationis discutiendæ. Si vero cutis partis inflammatae, vehementer distenta sit, hanc frequentibus plagis per summa scarificare oportebit: postea hordeacea farinam modo declarato coctam imponere. Cutis distenditur in hoc affectu humorum plenitudine inflammatione efficiente, quæ quo maior fuerit, eo maiorem faciet distensionem, & quo ex tenacioribus ac crassioribus, eo ægrius discutietur. Igitur vbi cognoueris medicamentis hunc affectum resolui non posse, & inflammationis ardor restinctus sit, frequentibus plagis cutis scarificanda erit: tantis quidem, quàm ex usu fore noueris. Incisuræ enim alix parue: & in superficie tantum: alix magnæ ac profundæ: Alix vero inter eas medix sunt. Quæ autem in summa cute existunt, parum sanguinis vacuant. Altx vero ac magnæ plurimum sanguinis fundunt: ita vt sæpe animi deliquium afferant. Quæ autem in harum medio consistunt, citra noxam plurimum utilitatis afferunt. Igitur vbi tumor ægre ad suppurationem ducitur, ægreq; discutitur, ob crassitudinem lentoreq; humoris, altis plagis vtendum est. Vbi vero humor minus crassus est ac lentus, leuiter ac summa tantum cutis scarificanda est. at vbi humor inter eos medius est mediocres incisuræ profunt. Qui igitur

Incisuram  
diuiso.

ex crassis viscosisque humoribus sunt tumores, al-  
tis, vt diximus, scarificationibus iuuantur. iisdem  
& ex vsu est cataplasma ex caricarum dulcium et  
pinguium decocto (tantisper autem cōcoqui de-  
bent, dum distabescant caricæ) & ex hordeacea  
farina, vel ex pane cibario. Eiusmodi decoctum  
(melitodes nonnulli, q̄ mellis crassitudinē imite-  
tur, vocant) digerendi vim obtinet, præsertim cū  
hordeacea farina mistum, cuius vires modo expo-  
sitæ sunt: vel cum cibario pane, qui medijs est  
inter exquisite purum & furfuraceum, quorum  
omnium, virtutes ex ipso Galeno petendæ sunt.  
Vbi vero tumor minus q̄ res exigit discutitur, au-  
genda vis medicamenti est, addito hysopo, ori-  
gano, aut similibus. Quod si valentius sit exiccā-  
dum, salem quoq; admiscere licebit decocto, de-  
inde hordeaceam farinam inspergere, vt luculen-  
ter docet Galenus. Sed in his qui ægre discutiun-  
tur tumoribus, timendum est, ne reliquæ in scir-  
rhum mutentur. Quod cum deprehēderis (depre-  
hēdes aut̄ resoluendo à parte affecta cataplasma,  
atq; eius habitum præsentem cum præcedente cō-  
ferendo) à vehementer exiccantibus ac digerenti-  
bus temperabimus ipsis emollientia miscētes, ne  
in scirrhum tumor mutetur.

## T E X.

Rursus igitur ad suppurātes tumores ve-  
niamus quos vbi digerere posse parū spe-  
raueris, cataplasmatibus ex triticea farina vte-  
re. Nam ad celeritatem suppurationis plu-  
rimum confert. Deinde plaga facta, si libe-

re omnino sint ab inflammatione partes pla-  
gæ vicinæ, medicamentis quæ emplasta di-  
cuntur, obeunda curatio est. Ea autem citra  
morsum exiccent, ex hisq; temperent, quæ  
minime astringant, sed aut solum blande di-  
gerant, aut leuiter astringant. In eiusmodi  
autem affectibus medicamēto quod ex fer-  
mento & crematis cōchis temperatur, per-  
sepe vsus sum. Quod si pars aliqua circa pla-  
gam inflammatione sit oblecta, medicamentū  
quod ex chalcite cōstat, oleo liquatum vbi  
sensim refrixerit, & in pila contemperatū,  
manibusq; subactum & vino, vt nosti, per-  
fusum cōmode imponitur. Hoc aut̄ in plu-  
rimis affectibus vtor: vt in libris de Com-  
positione medicamentorū, p̄ditū est. Opus  
autem de affectibus partiū corporis, si Deo  
placet, conscribemus: in quo medicamen-  
torū omnium, quibus vti solemus, virtutes  
diligenter exponere, atque idoneum vsum  
explicare conabimur. Sed tu iam horū me-  
dicamentorū, de quibus in hoc opere me-  
mini, miscendorum ac temperandorum ra-  
tionem ex me didicisti.

## C O M M E N T.

Vbi ob lentorem vel crassitudinem humoris  
tumor resolui non pōt, ad maturantia & pus mo-  
uentia veniendum est: cuiusmodi est cataplasma  
ex triticea farina, vti prius docuimus; confectio

autem iam pure & liberis ab inflammatione partibus, incidendus est tumor, vt quod digeri non potuit, pus facto emissario vacuet. Deinde vlcus ad cicatricem deducendum est similiter reliquis vlcibus: nempe cauitatem carne replendo, deinde glutinando, tandem cicatricem inducendo.

Carne re-  
plentia,

Carne replent, quæ humiditatem siccant, & sordem detergent, vt abunde Galenus libro tertio Methodi medendi docet. Quoniam autem is quo de agitur affectus admodum humidus est, & fluxioni ob sectionem obnoxius, promptusq; irritari, siccantibus digerentibus, ac detergentibus citra vllam molestiã eget: minime vero, aut saltem modice astringentibus. Nam si valenter excicantia, digerentia, & detergentia adhibueris fluxionem irritaueris. Si valde astringas, quæ vulneri iam hæret, sordes firmitus figet, & quod ex vulnere effluere debet, reprimetur, nouaq; in partibus plagæ vicinis inflammatio gignetur. Itaque emplastrum quod ex fermento & vstarum concharum cinere conficitur, vtiliter adhibetur, vt quod citra vllam noxam excicet, digerat, & detergat. Quod si pars al. qua circa plagam inflammatione sit obfessa, medicamentũ, quod ex chalcite constat, in oleo liquatum, vbi sensim refrixerit & in pila cõtemperatũ, manibusq; subactum, & vino (vt nostri) perfusum cõmode imponetur.

Polychre-  
ston, medi-  
camentũ,

Eiusmodi emplastrum Gale. in opere de Compositione medicamentorum κατὰ γένη phenicion vocat. Eius vires & miscendi modus ex eodem libro petendus est. Hoc autem medicamento multiplici, qua pollet, vtilitate, polychreston di-

citur. In cuius vsu vinum & oleum adduntur, nõ tam quod sua substantia profint, quàm quod emplastrum emolliant, alioqui sua duritie dolorem vlceri adlaturum.

T E X.

Cum vero cutis in suppurationibus amplius extabuerit, ita vt attritis uestiũ fragmentis similis reddatur, haud facile subiectis corporibus coalescit itaq; emissario largiore facto vlcus necassario curandum est.

C O M M E N T.

Vbi longa suppuratione cutis ita computruit, vt laceris uestium fragmentis similis appareat, rhacodes græcis dicitur, agglutinari facile non potest: proinde hanc excidendo vlcus dilatare cõueniet: tantum quidem, quãtum partem putredo occupauit: deinde medicamenta, quæ sine morfu excicent ac digerant, qualia sunt ex fermento, & vstarum concharum cinere nuper declarata, imponere: dilatari etiam potest exedenti medicamento, quod græci septicum vocant, vbi in exempluris græcis habetur: ὡς ἀναγκαῖον εἶναι τὸ καλούμεν ἢ καταπλάσματος ἀγωγῆ θέρα πέντε θαι τοῦ λίκου, legendũ esse putamus κατὰ πλάτος. proinde emissario largiore facto vertimus, vt locus plane exigere videtur. Leonicensis vero, qui secundum locum nominatur, curationis modum vertit, nisi errore chalcographi locum prolatum legatur.

T E X.

At cum minus subiectæ carni coalescere

cutis idonea est, eiusmodi affectus sinus appellatur: cuius curandi rationem, qua me sæpe in multis vti vidisti, deinceps memorie tue subiiciam. In hoc igitur affectu satius est fistulam aut æneam aut corneam recto ductu foratam ad manum esse: aut si huius facultas non sit, aliquod instrumentum ex eorum genere quæ quoniam pus trahunt, pyulca vocantur, quod quidem latissimum habeat foramen, per quod medicamento nostri ex combusta charta temperati exiguam portionem cum largo rosaceo mistam in sinus immittere sæpe me vidisti. Deinde eorum os conceptro linamento claudere. Emplastra vero rosacea liquata si in hos injicere tentes, pyulcæ non permeant, sed in his suillæ vesicæ lati foraminis fistula adiungenda est. Quæ vero liquantur medicamenta his quæ emmota dicuntur: acriora esse debent: qualia sunt apud omnes in usu, colore viridia. Hæc autem cum largo oleo liquare oportet, ut inde in sinum possint. In hisce autem misturis emmotorum vis resoluitur. Medicamenta igitur exquisite emplastra, quale est Macherionis, & Epigoni, & quod Ihs nuncupatur, cum in usum emmotorum afferuntur, cerati admistione egent. Hæc enim in sinibus opportuna sunt. Nam ideo nunc sunt comoda, quod admistum habeant ceratum. Miscentur autem, quoniam si per se sola sine cerato liquarentur, viribus

mordacia essent. Si rosaceum autem oleum multum sit, quod vero in oleo liquatur, medicamentum paucum, nullam amplius acrimoniam retinet. Vbi vero sinus mediocriter carne repletus est, aliquod ex glutinatis medicamentis adhibere oportet, perinde ac si recens vulnus et cruentum curares. Multa autem eiusmodi medicamenta inveniuntur. Alia quidem ex bitumine confecta, vocanturque necio qua ratione emplastra barbaræ. Alia vero quia fulvi & fusci sunt coloris, Cirrha, & Phæa nominantur, ex argenti spuma & erugine liberalius decocta. Ad hunc enim modum erugo fulvescit: quæ si paucillum comcoquat, lutea, ut vocant, reddit emplastra. Minime vero te latet metallica omnia medicamenta maiori partium tenuitate, ac siccandi vi pollere, si plusculum incoquantur. Fulva vero medicamenta simul atque reposita fuerint, & recondita, fuscam quædam crustam foris contrahunt, sub qua in profundo medicamentum fulvius quam ab initio esset, conspicitur. proinde nonnulli Dichroma, alii Diprosopa, quasi bicolora ac biformia, eiusmodi emplastra vocant. Quo autem maiori partium tenuitate & siccandi facultate prædita fuerint, eo efficacius in sinus injiciuntur. Horum enim vis in altum ferri debet, si propositum scopum assequi velimus. Quæ vero recentia, & cruenta, vulnera glutinant,

tameſi his minus deſiccant, labra tamen vulnerum, ſi quidem parua ſunt, mini- meq; profunda, glutinant. Quocirca faci- lius ac celerius quod agendum eſt, perſi- ciunt. Quod ſi recens vulnus profundum ſit, futuris ac ſibulis ipſius oras commite- re ſolemus.

## COMMENT.

Sinus qd,  
eiufq; cu-  
ratio,

Cum tarde ſuppurās affectus ſecatur, pus lōgo ſpatio cuniculos molitur, qui glutinatione diſt- ciliorem reddunt. Hunc autem affectum ſinum appellant: qui cum humidus admodum ſit, va- lenter exiccantia poſtulat: quale eſt Galeni medi- camentum, quod ex combuſta charta componi- tur. Ad hunc autē modum temperatur: Squāmā, gallā, myrrhā, ſingulorum pondo denariū octo: Sandarachā, arſenici, elaterij, ſingulorum pondo denarium quatuor: thuris pondo denariū trium: atramenti ſutorij tantūdem: chartā quātum ſatis eſt ad inducendum colorem. Igitur exiguæ eius portioni largum rofaceum miſceri debet, quo & eius vehementia remittatur, & per anguſtum fo- ramen in ſinus profundum injici poſſit, niſi enim dilueretur, per pyulcum trāſmitti nō poſſet. Cum autem emplaſtra in oleo liquata infundere volu- mus, non pyulco ſed lati foraminis fiſtula veſice ſuillæ inſita vtimur. Iniecto medicamento, vice- ris os linamento concerpto claudimus, ne id re- fluat, niſi enim diutius maneat, exiccare non po- terit. Emmota medicamenta ſunt, quæ linamen- tis vel linteolis excipiuntur, ſubſtantia humida.

Emmotū  
quid,

Emplaſtra

Emplaſtra vero dura ſunt, & emmotis acriora, quibus cum cerato miſtis emmotorum modo in hiſce affectibus vtimur. Ceratum enim illo- rum acrimoniam temperat. Si vero & roſacei co- pia cū emplaſtri exigua portione miſceatur, om- nem acrimoniam exuet. Emplaſtra autem qui- bus in ſinibus vtimur, ſunt quæ ad Macherio- nem & Epigonum referuntur, quæque a viridi colore chloſa appellantur: quorum miſturas & vires Galenus libro ſecundo de Compoſitione medicamentorum κατὰ γένη docet. Vbi vero ſinus carne mediocriter repletus eſt, aliquod ex glutinantibus medicamentis perinde applicabis, ac ſi recens vulnus ac cruentum curares. Glu- tinantia ſubſtantiam in idem cogunt, non deter- gunt, ſed ſiccant tantisper dum humoris redun- dantiam, qui ſecundum naturum eſt, abſumant. Igitur vbi mediocriter carne repletus eſt ſinus, aliquod ex glutinantibus medicamentis non ve- hementer ſiccantibus adhibendum eſt, quod cre- ſcentem tenellam carnem blande & ſine morſu cogat, non aliter ac ſi recens ac cruentum vulnus curaretur. Curatur autem hoc mollibus, blan- dis, minimeque dolorem excitantibus medica- mentis: qualia ſunt enhæma, vocantur autem emplaſtra Barbara, Cirrha, & Phæa: quorum miſturas Galenus, Paulus, & Cæſus docent. Metallica vero quo plus incoquantur, eo maio- ri partium tenuitate & ſiccandi facultate pol- lent: proinde efficacius in ſinus injiciuntur. Nam profundius feruntur, quod in curādīs ſinibus ne- ceſſarium eſt.

Emplaſtrū  
quid,

Macherio-  
nis empla-  
ſtrum.  
Epigoni  
empla-  
ſtrum,

Barbara  
emplaſtra  
Cirrha,  
Phæa

Ga.

X

## TEX.

Itaq; nō omnis sinus simplex diuisio est, sed frequenter alia atque alia parte laceratus est. quod te latere non debet, cum igitur sursum tendit, facile per eius os sanies effluit. Cum vero deorsum vergit, intus re-  
 tenta contiguas partes erodit. In quo quidē sinu, nisi prius factō ad effluxionem uulnere, nihil profeceris, siue carnem generare, siue glutinare velis. In alio vero incisione nihil erit opus: modo situm commodum affectæ parti serues: quo quidem sinus qui sursum vergit, vt deorsum declinet: & qui deorsum declinat, sursum vergat, efficere possis. Vidisti quidem aliquando me, sinū in cubito, cuius os prope flexum erat, & situs sursum spectabat citra vllam ex aduerso plagam persanasse. Et in coxa itidem sinum deorsum vergentem & ad genu terminatum, cuius os sublime supra femoris medium esset, sine vlla ex aduersa parte diuisione, ad sanitatem perduxisse, substrato popliti molli puluino, quo demissius inguen quam genu esset. Huius porro sinus atq; aliorum maiorum quamlibet profunditatem ad conglutinationem aptam sola reddere potest infusa mulsa. Sunt qui etiam lixiuium infundant, suam ipsorum inscitia, ex his quæ prius ad carnem in sinu generandam medicamentis iniiciebant, prodentes.

Noua enim caro priori adnasci nō potest, si sordes locū obfederit. Quo modo igitur abunde repleto carne sinu, glutinans adhibent medicamentū, si tanquā vehementer sordidū lixiuiū detergere tētent, cum pura caro ne mulsum quidem acrē ferre possit. Huic enim satis facit ea, quæ bibi iucū de possit: post cuius vsū, sinū deinceps nūc quidem puro vino, nūc vero mulso ante glutinantis medicamenti impositionē eluere cōsueui. Itaque ad detergendam expurgandamq; eius sanie vtilior mulsa: ad glutinandum vero præstantius vinum est. Id autem medium sic inter dulce & adstringēs. Quinetiam post glutinantis medicamenti impositionē sola sponsia noua ex mulso circūponatur, q̄ fieri potest mollissima: & colligatio a sinus profundo quidem incipiat, & eius ore siniat. Fasciarum vero spiræ sinus profundum sine dolore arcent, ac paulatim vsque ad os elaxentur, eidemque indatur medicamentum molle, circumducto forinsecus emplastro ad os sinus forficibus discisso, ut sanies aliqua effluere possit. Effluet autem e sinu superposito aliquo alio paruo emplastro ad solutionem vsque, quam tertio quoque die faciens hoc ipsam tanquam operculum circumpositum auferes, relicto quod totum ambit sinū, medicamento. An

verò atq̄ sinus partes coaluerint, ex manāte fanie depræhendes, si ea multa vel pauca, cocta vel cruda sit, præterea si neq̄ in ipso sinu dolor sentiatur, nec tumor appareat, sed totus locus æquabilis sit, siccus ac doloris expers. Q̄ si puris p̄be cocti portio exiguā in ore cōspiciatur, multo magis de glutinando sinu sperandum est. Cumq̄ spongiā rursus imposueris, rursusque, vt diximus, adalligaueris, postero vel tertio die soluito, ut dictū est, semper linteolum sinus ori admotum permutans, quod eodem emplastro illitū, totum os ambitu cingat, neq̄ vero omnino oppressum esse debet, sed ita, vt per id tota fanies vacuari possit. Itaq̄ si primo vel secundo die tenuis quædam fanies ex sinu manet, nō est omnino de glutinatione desperandū. Sæpe enim vix medicamēti affectū particulæ admoti ex ipsa cute & subiecta carne tenuem humiditatē vehementer exprimit, quoties eius qui curatur corpus ita affectum est siue ex natua temperie, siue mala victus ratione. Hac humiditate expressa loca mediocriter resiccata glutinantur. Q̄ si tertio aut quarto ab initio die fanies cruda in ore apparuerit, scito sinum non esse glutinatum. In primis autem medicamentum quod affecto loco circumponitur, vehementer quidem exiccat, sed nec

mordeat, nec contrahat cutem, cuiusmodi nostrum est: q̄ a fuluo colore Cirrhum dicitur, ex concoctis metallicis pharmacis & oleo ricinino & aceto sine cera confectum. Idem & cruenta vulnera citra molestiam glutinat, & sinus exiccat. Hoc autem medicamento fistulam angusti oris, in qua nōdum callus intus, sed sola sordes apparuerat, persanata vidisti, infuso primum lixiuio, quod in ea tantisper continui, dum sordem omnem integre extersam esse cōiecissem. postea medicamentū imposui. Ad hūc autem modum sinus, qui sub sola cute erāt, nec carnis generationem requirerēt, inscite vero a quibusdam curarentur, simul atque curandos suscepi hoc medicamēto glutinaui, lixiuio prius ablutos, cum qui vlcera curarent, nullum ex his quæ expurgandi vim habent, medicamentum adhiberent.

## COMMENT.

Cum sinus multæ sint differentiæ, nimirum ex eaueriarum numero, magnitudine, situ, & figura desumptæ: aut enim simplices sunt, aut duplices triplicesque: breues, aut alte penetrantes: iuxta carnem desinentes, aut ad ossa vel cartilaginem subeuntes, sursum, deorsum, vel ad latus tendentes: recti, aut tortuosi, vel fluxuosi: Galenus tantum de his, qui à positionis figura, sumuntur, meminit: vt qui præcipue curationem variant. Siue enim simplex, siue duplex sit: aut magnus siue paruus:

Sinus differentiæ.

aut breuis, siue altus, eadem semper est eorum eu-  
randi ratio, solumque in ratione maioris & mi-  
noris differunt. At si vel sursum, uel deorsum, vel  
ad latus, vel intro ad ossa tendit, curationem va-  
riat. Cum enim sursum tēdit, facile per eius os sa-  
nies effluit. Cum vero deorsum vergit, intus re-  
tenta contiguas partes erodit. Quare nisi factō ex  
aduerso emissario, nihil profeceris, siue carnem  
generare, siue glutinare velis. moliri enim humo-  
ris effluxū oportet: quod fit vel vulnere tantū in  
imo factō, vel tota cavitāte dissecta. In imo fit se-  
ctio, si vlcus magnum fuerit, & locus totus sine  
periculo secari non possit. Cum vero ad latus de-  
clinat, aut deorsum vergit, aut intro fertur, sed ita  
locari pars afflicta potest, ut libere sanies e sinu  
effluere queat, incisione ex aduerso facta opus nō  
est. Nam eiusmodi sinus atq; aliorum maiorum  
totam profunditatem ad glutinationem aptam  
reddere potest iniecta mulsa. Vbi vero sinus aut  
positionis aut alta occasione sordidior aut humi-  
dior est, medicamenta quæ valentius desiccēt ac  
detergant, exposcit: quale est medicamentū Ga-  
leni ex combusta charta largo oleo resolutum, de  
quo paulo ante meminimus. vbi vero rite deter-  
gendi & desiccandi ratione exhibita, carnis iam  
mediocriter in sinu regnitæ coniectura est, eluen-  
dum est vino vel puro, vel mulso. hoc quidē vte-  
mur, cum adhuc aliqua leuis cuiusdam sordis re-  
lictæ suspicio erit. Puro vero subastringente, vbi  
carnem omnino puram esse coniecerimus. Vi-  
num enim leniter glutinat. Deinde glutinans me-  
dicamentum in sinum indendum est, vti ante di-

ximus. Post glutinantis medicamenti impositio-  
nem noua spongia ex mulso circumponenda est,  
quam fieri potest, mollissima. Spongia circum-  
datur ut exiccet, manantemque e sinu saniem ex-  
cipiat, alioqui partem erosuram, aut prurimum  
excitaturam. Imbuta autem mulso spongia fit,  
ut detergat: mollis, ne asperitate lædat: noua ve-  
ro, ut aqua marina adhuc imbuta partem affe-  
ctam desiccet. Eius deligatura à sinu fundo in-  
cipiat, & ore sinus finiat. Fasciarum vero cir-  
cumplexus sinus profundum sine dolore arctent,  
ac paulatim vsque ad eius os laxentur. Arctius  
profundum stringitur, ut ascititiam partis affli-  
ctæ humiditatem exprimat, & in os laxius de-  
ligatum minusque compressum transmittat, de-  
fluxionem à supernis partibus prohibeat, cogat-  
que partes quæ glutinari debent, sed tamen sine  
dolore, ne inflammationem accersat. Quod si  
intro sinus tendat, premi duabus ferulis vtrinque  
impositis & fascijs deligari debet, ut per vlceris  
os sanies exprimatur. Ori sinus medicamen-  
tum molle indatur circumducto forinsecus em-  
plastro, ad os sinus forficibus discisso, ut sanies  
aliqua effluere possit. Effluet autem e sinu super-  
posito aliquo alio paruo emplastro ad solutio-  
nem usque, quam tertio quoque die faciens hoc  
ipsum tanquam operculum circumpositum au-  
feres, relicto, quod totum ambit sinum, medi-  
camento. Græcum exemplar Aldinum legit  
καὶ τοῦτο δ' αὐτὸ χαλαρὰν ἐπὶ δοσιν ἐχέτω τοῦ  
φαρμάκου Aliud à Nicolao Blasto excusum χα-  
λαροῦ ἐπὶ δοσιν ἐχέτω τοῦ φαρμάκου. Quoddam

Deligatur  
re in sinu  
ratio.

vero manu scriptū χαλαράν ἐπίδρασιν ἐχέτω τοῦ  
 φαρμάκου, quam lectionem Leoniceus sequutus  
 esse videretur, nisi dictionē φαρμάκου omisisset.  
 Eius enim versio habet ad hunc modum: Et hoc  
 ipsum habeat laxam alligationē, nullam de phar-  
 maco mentionem faciēs; quemadmodū nec Ae-  
 tius, cuius verba secundū Ioannis Baptistæ Mon-  
 tani translationem ita habent: Tandem in ipso vl-  
 ceris ore laxius cōnectantur. Ex quo constat eos  
 legisse χαλαράν ἐπίδρασιν sine dictionis φαρμάκου  
 adiectione, aut eam prætermisisse. Nos vero Bla-  
 sti lectionem sequuti vertimus: Atque eodem  
 molle medicamentum indatur. Nam quod cum  
 linamento imponitur medicamentum, facultate  
 siccum, substantia vero molle esse debet. Vlcus  
 enim cum humidū sit, desiccari postulat: sed cum  
 dolore facile afficiatur, durum respuit. Ideo & me-  
 dicamentum & spongia de qua paulo ante verba  
 feci, mollia sint, oportet. Dissecandum vero est  
 forficibus emplastrum, vt per incisuras sanies ef-  
 fluere possit si qua fasciarū arctatione ex alto ex-  
 primitur. Super has incisuras aliud ex eodem me-  
 dicamento superponitur, ne immissum glutinans  
 medicamentū refluat. Cæterū non ita priori em-  
 plastro apprimatur, sed laxius relinquatur, vt per  
 ipsum tenuis sanies effluere possit. Tertio autem  
 quoque die, aut certe citius vel tardius, put res effla-  
 gitabit: demēda spongia est, ac parū emplastrū,  
 vt si qua humoris colluies in ore sinus collecta  
 sit, vacuemus, exploremusque, an altæ sinus partes  
 coaluerint, an minime: quod ex manāte sanie depre-  
 hendet, si ea multa, vel pauca, cocta vel cruda sit.

Prætera si neque in ipso sinu dolor sentiatur, nec  
 tumor appareat, sed locus totus æquabilis sit sic-  
 cus ac doloris expers, quod si puris probe coctū  
 portio exigua in ore conspiciatur, multo magis  
 de glutinando vlcere sperandum est. Cumque rur-  
 sus spongiam imposueris, rursusque, vt diximus,  
 adalligaueris, secundo vel tertio quoque die solui-  
 to, vt dictū est, semper linteum ori sinus admo-  
 tum permutans, quod eodem emplastro illitum  
 totum os ambitu cingat, neque vero omnino ap-  
 pressum esse debet, sed ita vt per id tota sanies va-  
 cuari possit. Cum secundo uel tertio quoque die,  
 vt diximus, spongia vel paruum emplastrū exi-  
 mitur, considerandum, multane, an pauca: cruda,  
 an cocta materia ad os vlcis effluerit. Deinde  
 expers ne sit, an particeps doloris locus affectus,  
 & an tumor remanserit, an diminutus sit. Altas  
 enim sinus partes coisse testatur pus coctum ac  
 paucum, præcipueque si dolor & tumor nō adsint.  
 Contrā, multum & crudum, & cum foetore & lo-  
 ci humiditate, dolore & tumore, nondū coaluisse  
 idem significant. Temperata enim caro ad gluti-  
 nanda vlcera esse debet, nihilque interesse, quod vl-  
 ceris orarum coitionem impediāt. Cum igitur hu-  
 moris copia, eiusque vel crudi vel male olentis ef-  
 fluit, dolorque ac tumor locum occupat, tempera-  
 ta caro esse non potest. ergo neque glutinari ido-  
 nea est. Contra, si neque doleat, neque tumor su-  
 persit, & quod manat, parū ac coctum in sinus  
 ore conspiciatur, locum affectum vacare super-  
 uacaneo humore, omnique intemperie, nihilque reli-  
 ctum esse, quod orarum coniunctionem prohi-

Sinus alta-  
 rū partiū  
 coitionis  
 notē.

et alia  
 et alia  
 et alia

beat, coniiciendum est. Neque vero si primo vel secundo die tenuis quædam sanies ex sinu manet, de glutinatione omnino desperandum est. Sæpe enim vis medicamenti affectæ particulæ admoti ex ipsâ cute & subiecta carne tenuem humiditatem vehementer exprimit. Glutinans medicamentum, quæadmodum ante proditum est, tantisper siccatur ac stringit, dum redundantiam humoris exprimat, eam etiam, quæ secundum naturam est. Si igitur admoto hoc medicameto effluat sanies, verisimile est hanc exprimi, non autem sponte per corporis imbecillitatem manare, præsertim si neque dolor affligat, neque tumor adsit, neque tetrum odorem alienamque qualitatem habeat. Quod si tertio aut quarto ab initio die sanies cruda in ore apparuerit, scito sinum non esse glutinatum. Quare affecto loco medicamentum, quod vehementer quidem exiccat, sed nec mordeat, nec contendat contrahatque cutem, circumponendum est. Cuiusmodi Galeni medicamentum est, quod à fuluo colore cirrhum dicitur, ex concoctis metallicis, oleo ricinino, & aceto sine cera confectum. Huius compositionem & usum docet Galenus libro secundo de Compositione medicamentorum *κρτα γνν*: exiccat enim vehementer (vt idem author scribit) sine morsu. Ideo cruenta vulnera citra molestiam glutinat, sinus exiccat, & fistulam angustæ oris, in qua nondum callus, sed sordes, apparuerit, sanat, imisso prius lixiuio: quod in ea tantisper contineatur, dum sordes sit deterfa, deinde medicamentum imponi debet. Ex abscessibus fistula nascitur. Est enim

Fistula qd,  
eiusq; cu-  
randi rō.

Ulcus altum, angustum & callosum, interdum etiam & sine callo, de quo nunc Gale. meminit, cuius curandi ratio hæc est. In primis quia sordidum est, lixiuuium immitratur, tantisperque sinatur, dum repurgata fistula sit. deinde medicamentum quod exiccat, indatur: cuiusmodi est de quo agitur medicamentum. Si vero callosum sit vlcus, haud ita facile curationem admittere, præsertim si ad ossa vsque perueniat. Non enim, ante curatio speranda est, quam callus exemptus sit. Eximitur autem aut scalpello, aut medicamento. Expediuntur quidem in ore vlcus exciditur. Intus medicamentum exeditur. Est autem, vt Paulus libro. 4. scribit, spondilij radix derafa & in fistulam indita, & id genus alia tum simplicia, tum composita medicamenta ab eodem authore eodem in loco descripta.

## T E X.

Cum vero tumores qui in abscessum vertuntur, tarde inciduntur, aut medici imperitia, aut eorum qui curantur timiditate, sectionem non admittentium, sed diutius perrelando cutem ab eiusmodi pure, erodi sustinentium: hanc vniuersam a congesto in abscessu pure, attriti panniculi in modum vehementer attenuari sæpe contingit. vnde a medicis rhacodæ appellari existimo. Eiusmodi igitur cutis ægre coalescit, maxime si substantia aridum medicamentum imponatur, vt a quo curis tenuior sicciorque in modum rhenonis attriti reddatur. Itaque mihi

cōmodum esse videtur, si quis ad eius cōglutinationem medicamento substantia humido, facultate vero sicco vtatur. Diximus autem in libris de Medicamētis medicos solere medicamenta facultate sicca appellare, quæ exiccare suapte natura idonea sint. omnium autem quæ substantia sunt humida, facultate vero sicca, optimum est, quod a me ex argenti spuma, adipe suillo vetere, & chalcite cōtemperatum est: quibus vetustissimum oleum admistum sit. Eius autē vim in hisce affectibus efficaciorē esse sum expertus, cum neque omnino durum esset, neque plane manus inquinaret. Sed & si ad eundem modū temperetur, cruenta quoq; vulnera glutinabit, omniaq; vlcera ad cicatricē ducet, oleo resolutum, postea cū vino mediocriter vetere mistū, atque his affectibus circūpositum sine molestia sæpe glutinavit. Conferat autem, vt diximus vbi cutis pellis attritæ modo tenuata est, mel, maxime si ad emplastri crassamentū coctum sit. Eius vero coctionis temperamentum recte assequi, nisi animaduertas, difficile est. Ipsum enim neque adeo durum esse debet vt ægrè decidat, neque adeo liquidum vt diffluat. Durum enim eadem asfert incōmoda, quæ dura emplastra. Liquidum vero tanquam calido corpori admotū vndiquaq; effluit, aridumq; linteolum relinquit, quod nō so-

lum non iuuat, sed & glutinandæ cuti offit. Mediocriter autem coctum mel eiusmodi sinibus cōmodissimum remedium est. Quoniam autem eius concoctionis mediocritas facile conijci non potest, satius mihi videtur myrrhē pollinē, vel aloes, vel thuris, vel eorū aliquē, vel simul omnes inspergere: maxime, si quod linteolo inductū est, liquidius appareat. Hos autem per cribrum inspergere oportet, quod supra mel teneat sublime. Satis enim fuerit semel aut iterum cribrum agitare, vt pollen mediocris excutatur. Aliquando vero & intercoquēdum aliquod ex ante dictis medicamentis mellis inspergo, maxime si sinus & maior, & altior sit. Tenuē autem centaurium in hunc vsus mirabile esse remedium sum expertus, deinde symphytum, postea iris illyricæ radicem, ad hæc eruina farinā. Neque vero dubium est, quin hæc contundi & tenui cribro excerni, postea tenuiter conteri debeant. Mellis vero dum ab igni tollendū est inspergantur tantisper nobis cunctantibus, dum probe cū illo præcocto vniant. Satius autē fuerit exempto ab igni cacabo, omnia hæc inspergere, deinde curiose mouere, dum mel ita tepidum reddatur, vt curando corpori imponi possit.

## C O M M E N T.

Manus artificis efflagitat abscessus, cū in pus

Abscessus  
in pus ver  
si notē.

versus est, quod deprehendemus, si dolor, calor aut febris, rubor, pulsatio, & alia inflammationis accidentia remissa sunt, & tumor prementibus digitis cedat, quæ si ignorarit medicus simul & incidendi tumoris tempus ignorarit. Si nouerit, sed æger sectionem formidet, proindeq; hanc respuat, diutius cunctando cutis à pure ita erodet, ut attritæ vestis similis reddat. vnde & *βρωδου* nomen meruit. Eiusmodi ergo cutis ægre coalescit, maxime si medicamentum substantia sicca imponatur. Siccari abscessus desiderat, sed durum medicamentum non sustinet cutis iam attrita, ut à quo magis lædatur. Imponendum igitur medicamentum facultate siccum, sed substantia liquidum, quale est Galeni emplastrum, quod ex chalcile constat, oleo vetere ita resolutum, ut nec duritie lædat, nec mollitie diffuat. Eius mistionem & vires docet Galenus libro primo de compositione medicamentorum *κατὰ γέννη*. Eadem vilitate imponitur mel ad emplastri crassitudinē coctum: sed nec ita crassum, ut ægre elabatur: nec ita liquidum, ut diffuat. Quoniam autem eius coquendi modus facile haberi non potest, satius est huic inspergere myrrhæ, aloes, vel thuris polinam, si linteolo inductum liquidius appareat. Hæc enim duplici nomine iuuant, tum quod commodam crassitudinem efficiant, tum quod sine morfu desiccant.

## T E X.

Consequens autem est, ut de his quæ in gangrænâ trãseunt, inflammationibus dis-

Cutis thal-  
cides vno  
dic.

seramus. Gangrænas autem, ut nosti, vocant, cum pars corporis aliqua ob inflammationis magnitudinem nondum emortua est, sed adhuc emoritur. Nam cum pars oïno emortua est ita, ut si hanc pupugeris, vel secueris, vel exusseris, ea non sentiat, quæ patitur, ad viuum vsque recidenda est. At quæ sic quidem affecta est, nigrescit. Quæ vero in medio constituta est, tenditq; ad extinctionem, gangrænosa vocatur. Curatur autem vacuato quâ fieri potest, plurimo sanguine, in affecta parte impacto: cuius occasione ipsa emoritur, scilicet arterijs ob loci angustiam sese dilatare nequeuntibus, reliquo vero corpori perspirationem suggerere. Cutis igitur vniuersa vel multis profundisque uulneribus una cum subiecta carne secanda est, vel frequentibus ac altis scarificationibus incidenda.

## C O M M E N T.

Post magnas inflammationes aliquando sequitur affectus, quem græci necrosin, vel sphacelon vocant, nos extinctionem & syderationem, ubi scilicet vita pars priuatur: vel quem nos similiter illis gangrænâ dicimus, cum pars nondum mortua est, nec sensu priuata, sed emoritur, ad extinctionemq; tendit, utraq; sit vel denegata parti vitali facultate, vel natiuo eius partis calore ac temperie pereunte. Denegatur facultas, si vehementer laqueo pars comprehendatur, aut si à sede

Necrosis.  
Sphacelos  
Syderatio.

Gangrænâ

Natiua  
calorem per  
dentia.

Gangrenę  
curatio.

dimota ita vix spiritus stringantur, vt is ad locū affectum peruenire non possit, aut si alio quouis modo eadem vig impediatur. Perit natiuus calor aut à frigido extinguente, cuiusmodi per gelū ambiens aer est, vel per medicamēta vel venēna frigida imposita, aut à dissipare calore, aut venēnata materia, naturaq; tota substantia contraria partem corruptente, aut humorum multitudine velut suffocante, vt in magnis inflammationibus accidit, arterijs ob angustia sese attollere nequeuntibus. Gangręna igitur curatur vacuato q̄ fieri potest, plurimo sanguine, in affecta parte impaeto, cuius occasione ipsa emoritur. Nam cū hunc affectum sanguinis copia generet, eius curandi scopus erit vt celerrime vacuetur, exiceturq; alioquin pars breui moritura est. Tota igitur cutis vel multis profundisq; vulneribus una cum subiecta carne secanda est, vel frequentibus ac altis scarificationibus incidēda. Nam pro affectus magnitudine vel maxime sectiones sunt, vel incisurę: vtręque frequentes: illa, vbi putredini propinquius malum est: hæc, vbi tantū putrescere incipit. Cōstat enim maiore remedio opus esse quo vitium maius est. Itaq; altis plagis multisq; cutē ac totam subiectam ei carnem, si vitium ad ossa perueniat, vulnerabimus: sin minus solis scarificationibus, ac simplicibus incisuris vtemur.

## T E X.

Vbi vero manare sanguinem permiserimus, aliquod ex medicamentis quę ad putria ulcera faciunt imponi debet, cuiusmodi est, quod

est, quod ex mulso aceto constat, & eruina, aut loliacea farina: vel si harum facultas nō sit, fabacea: atque ipsum per se acetum mulsum. Quo si vehemētiore vti velis, adijciendus sal est, vel aliquis ex pastillis curiose tritus, qualis est Andronis, Polyidis, & Passonis. Quinetiam Musę medicamētum, quod in heræ tomo scriptum est, his commodissime imponitur. His autem, & alijs quę ante commemorata sunt, cōsiderato ægroti corpore vtendum est. Rustici enim cuius: natura durum corpus sit, vehementissima remedia efflagitat: mulieris vero molle: imbecilliora. Ad eundem modum virile corpus, quod quidem album sit et molle & balneis assuetum, & in exercitatum, mollia exposcit medicamina. Neque vero dubium est, quin & pueris hæc conueniant. Si vero aliquando putrem ac syderatam carnē excideris securitatis gratia, modo dictis medicamentis vtere, non neglecta tum corporum tum affectę partis natura, quaedā enim partes promptissime putrescunt, easque tutius est, ubi quod computruit, resecueris, uel amputaueris, tanquam radicem eius incolumi parti coniunctam, adurere. quemadmodum sæpe in pudendis partibus facere consueuimus. Aliquando admoto quidem partibus affectis candente ferro: aliquādo prius submisso linamento. Post exustionem uero

Gal.

Y

porri succo vt nosti aut si is non adsit, me-  
dicamentis paulo ante commemoratis vti  
consueuimus.

## COMMENT.

Putredinē  
auferētia.

Putredinem auferunt, quæ valenter siccant ac  
refrigerant, nonnihil etiam detergunt. Igitur ace-  
tum mullum, & quæ ex eo & farinis modo de-  
claratis & sale constant, medicamenta commo-  
de hisce vulneribus & scarificationibus impo-  
nuntur. Absumunt enim saniem & putrilaginem  
sua siccitate, eamque detergunt: frigiditate vero  
quod nondum vitiatum est, à putredine arcent.  
Pastilli autem dicti eadem vtilitate adhibentur.  
magna enim vi siccandi præditi sunt quorū com-  
ponendorum rationem Galenus libro quinto de  
Compositio ne medicamentorum κατὰ γένος do-  
cet. Cum vero emortua omnino pars est ita,  
vt lesionem non sentiat, siue hanc pungas, siue fe-  
ces, siue exuras, ad viuum refecanda est, ne pars  
syncera contagione lædatur. Nam quod compu-  
truit, veneni in modum, quicquid contingit, cor-  
rumpit, serpitq; in totum membrum, ac tandem  
enecat, nisi excidatur, resecta vero putrida carne  
vel membro toto, si ossa hanc luem senserint, in-  
ducenda crusta est, quæ velut profluentibus vasis  
sit operculum. Crustam inducunt, tum medica-  
menta, tum ferrum ignitum. Medicamenta hac  
facultate prædita, aut solum calida sunt, vt calx ui-  
ua, aut simul astringunt, cuiusmodi est chalcitis  
chalchantū, & id genus alia. valentiora quidem  
priora sunt, sed posteriora cōmodiora. Nā crustæ  
quæ ab astringentibus sunt, tardius excidunt:

quod in proposito affectu fieri oportet, ne ce-  
lius resolutis sanguinis profluum non sine pe-  
riculo sequatur. Crustam igitur medicamento  
inducemus, vbi res haud ita vrget, idest, nec ma-  
gna sanguinis profusio, nec putredo timetur, aut  
vbi æger ferrum non sustinet, Minus timentur  
hæc pericula in siccis, tum corporibus, tum par-  
tibus: in humidioribus vero, qualia verèda sunt,  
& sedes, tutior est candentis ferri vsus. celeriter  
enim profluum sanguinis compescit, putredi-  
nemq; arcent. Post exultionem vero, porri succo,  
vt nosti, aut si is non adsit, medicamentis paulo  
ante commemoratis vti consueuimus. Quoniam  
exusta pars ob dolorem quem ex candente fer-  
ro, & pronitatem ad putredinem quam ex de-  
mortua carne contraxit, fluxionem recipere ac  
putrescere idonea est, siccantia medicamenta ef-  
flagitat. Ideo post exultionem porri succus &  
supra dicti pastilli super vulnus imponi debent:  
nam siccant & stringunt putredinem, & fluxio-  
nem arcent.

## TEX.

His autem peractis cum sinem fecisse pu-  
tredo tibi visa fuerit, vt crusta citius exci-  
dat, medicamēto quod cephalicū vocāt, ex  
melle vtendū est. Cataplasma autem quod  
ex pane in hydrelço cocto, aut hordeacea fa-  
rina eodem modo parata, aut cū ea admista  
triticea foris cōmodius imponitur. Quin-  
etiā medicamentū, quod tetrpharmacum  
dicitur: præterea & macedonicum tum ad

pus mouendū, tum ad cruſtas reſoluendas idonea ſunt, quemadmodū & omnia quæ ad ſuppurationem perducunt. Panis vero cum opio aut ocimo intritus rumpit ac ſeparat cruſtas a ſanis partibus, Ex ſimplicibus autem, iris ex melle, vel radix panacis, aut aristoſochiæ, aut acori. In mollibus autem corporibus abunde facit erui farina cum melle aut thure. Ad eundem modum cruſtas elidit Machæriſionis medicamentum & Iſis, emmota.

## COMMENT.

Cruſtâ a  
partibus  
ſoluentia,

Cruſtam à ſubiectis corporibus diducit, quæ emolliunt, detergunt, ſine eroſione, & maturant. humectatq; enim ac remollitâ cruſtâ à ſubiecta parte ſponte ſeparantur. Quæ autem maturant, præter quàm q̄ emolliunt, pus ſub cruſta conficiunt, quod eam reſoluit, ſcilicet, inter carnem ſubiectâ & cruſtam interiacens. Quæ vero detergunt, à ſubiecta carne reſolunt. Detergunt autem Cephalicum, & Machæriſionis medicamentum, & Iſis: panis cum opio & ocimo, panacis, aristoſochiæ, acori, & iris radix ex melle. Terra pharmacum vero, & Macedonicum, panis, aut farina hordeacea, vel etiam triticea in hydrelæo cocta pus mouent ac emolliunt.

## TEX.

Reſolutis vero cruſtis vlcera eiufmodi quibuslibet idoneis medicamētis carne replentur.

## COMMENT.

Conſtat propoſitum vlcus cauū eſſe, ideo glutinari nō poſſe ſine carnis quæ periit, reſtitutione. Quod fieri non poteſt, niſi pars temperata ſit, & ſanguis qui in eâ affluit, tum quantitate, tum qualitate mediocris. Naturæ autē munus eſt, & probum ſanguinem conficere & carnem generare. Verum quoniâ duplex in carne generanda excrementum prouenit: alterum quidē craſſius, alterū vero tenuius: vtrunque autem carnis generationem impedit, opus eſt medicamentis quæ & ſordem detergant, & tenuem humiditatem excitent: nec quibuslibet quidem, ſed quæ mediocriter id præſtent. Nam quæ valentius ſiccant, non ſolum humoris redundantiam, ſed & affluentem probum ſanguinē ex quo generari debet, depaſcunt. Quæ vero vehementius detergunt, non ſolum ſordem expurgant, ſed & carnem ipſam erodunt & exedunt. Itaque medicamenta quæ generandæ carni ſunt dicata, in primo ordine, vt Galenus interpretatur, tum ſiccare, tum detergere debent.

Naturæ  
ſanguinis  
& carnis  
genitiuæ,

Carni ge-  
nerandæ  
idonea  
medica-  
menta,

## TEX.

Quoniâ autem de his ſatis diximus, de cancroſis tumoribus deinceps eſt differendum: qui cū in omnibus corporis partibus ſiunt, tum maxime in mulierum mammis, quæcunq; non amplius naturaliter purgantur: quod cum opportune ſit, integra ſanitate fruuntur. Omnes igitur huiufmodi tumores præter naturam ex atra bili redun-

dantia gignuntur. de qua re in commentarijs de Virtutibus naturalibus disputatum est. Vbi docuimus facis vini in modum hunc humorem, dum in iecore sanguis conficitur generari repurgari vero a liene. Ab hoc enim humore hoc viscus ali solet. Cū igitur natiua animantis temperies hunc humorem paucum generat, ad idq; confert victus ratio, & lien ad se quod gignitur, valenter trahit, nihil eiusmodi recrementi in venis colligitur. Quod si contraria ad sint, multa in venis aceruantur, ex quibus, quæ docuimus, vitia contrahuntur. Contraria autem his, quæ diximus, intelligo, iecur qui æm, ad eiusmodi excrementi procreationem pronum, victus autem rationem ex his alimentis, quæ sanguinem crassum ac sæculentū generare idonea sint: lienem vero natura imbecilliolem, vt qui ad se horum omnium excrementorū prouentum attrahere nō possit. In tali autē corpore turbulentus crassusq; efficitur, qui in venis cōtinetur sanguis. Et nonnunquā venæ excernēdi quod alienum est, facultate præditę, quemadmodum & omnes aliæ partes, hunc humorem per mariscas effundunt: sæpe vero ad varices demittūt: aliquando autem ad vniuersam cutem, atque hæc quidem est affectus origo, quem elephanta vocant. Aliquando vero & in alias corporis partes, quæ qui-

dem omnium maxime sunt imbecillę, eiusmodi succus fertur, atque in ea parte venæ luculenter conspiciuntur atro & crasso sanguine plenæ. Quo autem is crassior ac nigrior fuerit, eo affectum parit deteriorem. In mammis vero tumorem sæpe vidimus cancro animati omnino simile. Nam quæ admodum ille ex vtraque corporis parte pedes, sic & hic affectus venas præter naturam intumescences exporrigit, effigiemque cancro similem reddit.

## COMMENT.

Bilis atra, vt supra memorauimus, triplex est. prima ad modum facis vini in animantis corpore gignitur. Hæc dum probe repurgat, nihil eius in venas præter naturam colligitur. Repurgatur autem à liene hanc ex iecore attrahēte, aut natura per hæmorrhoidas vel locos muliebres naturaliter propellente. Cum igitur natiua animantis temperies hunc humorem paucum generat, ad idque confert victus ratio, & lien ad se quod gignitur, valenter trahit, nihil eiusmodi recrementi in venis colligitur. Contra vero plurima congeruntur, si iecur ad eiusmodi excrementi procreationem sit pronum, victus ratio crassum sæculentūq; sanguinem gignat, lien imbecillius attrahat, suppressæque sint mariscæ, aut in mulieribus menses. Secunda ab hac fit, vbi amplius in aliquo loco calida efferbuerit, aut putruerit, aut alio quouis modo incaluerit. atque hæc longe malignior est, quàm prima: tanto quidem, quanto ca-

Bilis atra  
triplex.

Atrę bilis  
repurgan-  
de ratio.

Cancerorū  
ortus,

lidiōr fuerit, maioremq; acrimoniam contraxerit. Tertia vero ex bile retorrīda ortum habet, præsertim vitellina, quæ calfacta non minus, quā hæc, est malefica. Ex primo genere nascuntur cancri, minime quidem vlcerati, quos & latentes vocant, si nondum acrimoniam contraxit, differentem pro humoris conditione curationem habentes. Nam vbi niger & crassus sanguis apparet, non sine chirurgia: vbi vero non admodum crassus videtur, sine hac curationem recipit. Vlcerati autem cancri ab atro humore fiūt, qui iam leuem quandam acrimoniam contraxerit, nondum tamen tantam, vt iam maleficus sit. Nam ex hoc nascuntur carbunculi, de quibus ante discēptauimus. Igitur cancer occupat cum reliquas cordoris partes, tum maxime laxas, cuiusmodi sunt nares, labra, mammae foeminarum, & id genus alię natura fungosę, et inanes, proindeq; humorem crassum recipere idoneę. Circa hoc malum venę intumescunt, & expanduntur non aliter, atq; cancri aquatilis pedes: vnde & cancri nomen hoc vitium adoptauit.

Carbuncu-  
lū causa

## T E X.

Hunc affectum, incipientem quidem sæpe sanauimus. Vbi vero in molē insignem creuit, citra chirurgiam non curabis. Itaque vniuersę chirurgię tumorem præter naturam excidētis scopus est, vt eiusmodi tumor qua sanis partibus coniungitur, totus circuncidatur. Verum propter vasorum magnitudinem, maximeque arteriarum,

statim profusionis sanguinis periculum imminet, quas si laqueis intercīpias, consortij iure alię partes afficientur. Quod si eius mali radices adurere in animo sit, neque in hoc paruū erit periculum, si iuxta principes partes exustio fiat. Sed eiusmodi affectum recēte, vt diximus, sæpe curauimus, maxie ubi melancholicus humor nō admodum crassus videbat. Hic enim purgātibus medicamētis prompte cedit, vnde fit curatio. Certum autem est q; quę adhibentur medicamēta vim vacuandī atri humoris habere debēt, quod frequenter faciendum est, donec pars ad naturalem statum omnino sit reducta. victus etiam ratione obseruata quę probū humorem generet. Itaque in Alexandria plurimis elephantiasis tum ob victus rationem, tum regionis caliditatem, laborant. In Germania vero & Mysia rarissime affectus is grassari visus est. Et apud lactipotas Scytas nūquam fere apparet. Sed in Alexandria ob victus rationem frequenter generatur. vescuntur enim pulte, lenticula, cochleis, multiq; salsamentis: nonnulli vero & asinina carne, & id genus alijs crassam ac atram bilem generantibus. Quemadmodum si ambiens aer calidus sit, horum humorū impetus ad cutem ferit. Igitur huic affectui dictę purgationes prosunt. Quod si ætas & vires suaferint, sanguis prius mittendus est. Neq;

vero in cancris, neque in his, nisi quid prohibeat, inutile est venam secare, deinde purgare, atque si mulieres sint, menses cedere si quidem quinquagesimum annum nondum attingant. In affecta autem parte solani succus imponatur, hoc enim medicamentum eiusmodi affectibus vtilissimum est. Quod si ægrotus tam liquidum medicamentum imponi nolit, præsertim cum domo exire, solitaque opera exercere cogitur, medicamentum ex pompholyge imponendum est, quo & ad vlceros cancris vti me uidisti: quod si in promptu non sit, nostrum quod ex chalcite constat, est adhibendum. Quatenus vero ad victus rationem attinet, pleniore præsanæ cremore, sero lactis, & ex oleribus malua, atriplice, blito, & cum per tempus licuerit, cucurbita vtendum est. Ex piscibus vero saxatiles, auesque omnes præter palustres, dare conuenit.

## COMMENT.

Cancer genus quod cum rei quod non.

Cancer recens & qui ex humore minus inueterato constat, minusque tumentes venas exerit, curationem admittit. Nam medicamentis huiusmodi humor cedit. Itaque vacuandus est, vt mox dicemus. Crassus vero non cedit, ideo sine chirurgia non curatur: quæ cum sine ægrotantis periculo ministrari non possit, temere adhibenda non est. In eo curando scopus est, vt humor hoc vitium procreans vacuetur, deinde affecto loco re-

medium adhibeatur. A vacuazione igitur nos auertere oportet: primum sanguinem ducentes, quantum ipsa res effragitat: deinde purgare, per initia quidem mitioribus, quale epithimum est, vtentes: deinde vehementioribus, paulatim vim eorum augentes. Nam si per initia medicamentum adhibeas, quod vehementer trahat, non sequente atro crassoque humore, sanguinem & carnes eliquabit, naturamque irritabit. Sin mite ac blandum, nullum naturæ negocium faceret, sed leniter trahet, itaque blandis ac frequentibus purgationibus vti oportet, paulum, vt dixi, vim inaugendo rarisper, dum restituta sanitas sit. Sic enim quod magna vi semel educi sine incommodo non potest, sensim tutoque vacuatur. Cæterum quibus suppressæ sunt solitæ excretiones, prouocentur. Imperanda quoque victus ratio est, quæ tenuis sit bonique succi. Quod si ob iecoris caliditatem, & siccitatem crassus in corpore sanguis gignatur, cibis refrigerantibus & humectantibus est vtendum. loco autem dolenti imponenda remedia sunt, quæ repellant & digerant, minime vero irritent. Repellentia imponenda sunt & ante purgationem, & purgationis tempore: digerentia vero, vbi integre corpus repurgatum est: vbi vero medicriter, mistum ex digerentibus & reprimentibus. Quæ autem imponuntur, neque imbecilliora sint, neque valentiora. Hæc enim quod in uenis tenuius est, digerunt ac repellunt: crassius vero nec euocant, nec reprimunt. Illa vero nihil efficiunt. Igitur si vehementioribus per initia vtaris, tumorem quidem minues, sed quod relinquitur, re-

Chirurgia in cancris temere non adhibenda.

solutioni contumax reddes. Quare mediocribus  
 opus est, quæ nec ob imbecillitatem, vincantur,  
 nec propter vehementiam succum crassiorē effi-  
 ciant. Cæterum nec hæc mordeant, ne vitium  
 irriterent. itaq; eiusmodi remedia viribus sint me-  
 diocria, & qualitate minime mordacia, cuiusmo-  
 di sunt vsta elotaq; metallica, itē solani succus,  
 quo linteum duplicatū imbuitur, & loco affecto,  
 admouetur, superq; mollis lana, imponi debet,  
 quæ eo succo subinde inspergēda est, ne siccescat.  
 Plumbum item vstum & elotum, & alia id ge-  
 nus, ex quibus temperantur medicamēta, ad hunc  
 modum, argenti spuma, & cerusa in plumbea  
 pila cum oleo rosaceo in sole tantisper teruntur,  
 dum plumbi colorem, quod ex his fit vnguen-  
 tum, nactum sit. Aliud quod habet plumbi vsti,  
 & eloti, pompholygis, thuris, singulorum vncias  
 quinque, absinthij vnciā vnam, olei rosacei feli-  
 bram, ceræ fescunciam, succi solani quod satis  
 sit, ad vnguēti crassitudinem. Alia id genus sex-  
 centa à Galeno, Paulo, & Celso ad hunc vsum  
 conscripta sunt. Si autem chirurgiam affectus po-  
 stulat, à vacuatione, vt dictum est, curationem  
 auspicabimur. deinde totum quod vitiatum est,  
 prorsus excidemus sic, vt nulla supersit radix, pa-  
 riemurq; sanguinē effluere, ac pressis vicinis par-  
 tibus crassum sanguinem exprimemus. Postea  
 alijs vlceribus similiter curabimus, vt docet Ga-  
 lenus. Quod si periculū ex chirurgia timeamus,  
 nec curari affectus aliter possit sat fecerimus, si  
 hunc augeri prohibeamus his, quæ supra dixi-  
 mus, medicamentis. Excidi autem vt plurimum

non potest sine magna sanguinis eruptione, vbi  
 venæ arteriæ quæ amplæ sunt, quæ sanguinem  
 immodicum rescissæ effundunt. Has si arcendæ  
 profusionis gratia, laqueo comprehendas, ingenti  
 dolore afficitur. Sin eius mali radices exurere  
 velis, neq; hoc quidem sine graui iactura vicina-  
 rum partium fiet. Tutius igitur à vehementibus  
 medicamētis abstinebimus. solis lenibus & quasi  
 adblandientibus contenti, præcipue in vlceratis  
 cancris. In quibus si non aliud agamus, vt Gale-  
 nus ait, saltem saniem abluamus.

## T E X.

In elephantiasi vero viperæ mira vtilita-  
 te eduntur. eas vero eodē modo, quo Mar-  
 sos parare vidisti, quos ( quia aspidibus &  
 serpentibus vescuntur ) aspidotrophos &  
 theriotrophos vocant, comesse oportet, pri-  
 mum quidem cauda & capite ad quaternū  
 digitorum longitudinem abscissis. Deinde  
 intraneis omnibus ac cute etiā exemptis,  
 postea aqua abluto eorum corpore. Sed ha-  
 stenus quidem, nec aliter sane cum antido-  
 tum, vt vocant, theriacam temperantes fa-  
 cimus: cæterum dissimiliter coquimus. In  
 theriaca quidem anethum & salis exiguum  
 in aqua miscemus. In elephantiasi vero nō  
 aliter q̄ anguillas ex albo iure in olla para-  
 mus: quod ad hunc modum fit: Aqua lar-  
 ge in ollam conijcitur, & olei exiguum, cū  
 quo & anethum & porrum. Certum autē

est carnes tantisper esse incoquendas, dum plane molles reddantur. Compositum autem ex his medicamentum, quod theriacā antidorum vocant, vtiliter in eiusmodi affectu bibitur: atq; etiam si lubuerit, cuti illinatur. Peractis enim omnibus his aliquando squamma e cute, quāadmodum quę senecta dicitur ex anguibus, resoluitur.

## COMMENT.

Elephātia  
sis, natura,  
origo, &  
curatio,

Elephantiasis ab elephante animali nomē accepit ob affectionis magnitudinem, longitudinē, & cutis asperitatē. Longis enim morbis annumeratur, vixq; curationem admittit. contagione quoq; lædit, præcipue inueterata, siquidem putre quiddam exhalant ac expirant hac correpti: ambientem quoque inficiunt aerem, atque in eo versantes. Fit autem eiusmodi affectus, quemadmodum cancer, ab atra bili, cuius originem ante prodidimus: sed cancer à parciore, partemq; aliquam solum occupante. Elephantiasis vero à larga & per vniuersum corpus diffusa ortum habet, ita vt spatio temporis ossa quoque vitiet. frequens est in Alexandria, vt paulo ante dictum est, ob victus rationem, & loci caliditatem. crassus enim cibus, vt pulte, lenticula, cochleis, falamētis, nonnunquam & asinina carne Alexandrini vtuntur. Ambientis vero aeris caliditas hunc humorē ad cutem euocat: vnde malo huic est origo. In Germania & Mysia raro, apud Scytas qui lacte vescuntur, vix vnquam apparuit: quoniam neque crassis cibus aluntur, neque

Elephan-  
tiasis apud  
quos popu-  
los frequēs  
aut non.

*Differunt enim  
cum in elephā-  
tiasis.*

ambies aer in hisce locis calidus est. mares quā foeminas, ex his qui crasso atq; sanguine abundant, frequentius inuadit. item & qui in nimio labore vitam agunt. Nam crassum retorridumq; succum generat. Foeminae autem menstruis purgationibus ab hoc se malo vendicant. Per initia autem cutis neque squammis exasperatur, neque exulceratur, neque crebris magnisq; tumoribus inequabilis efficitur: sed facies sola, vt Paulus ait, aliquanto deformior, nondum autem plane foeda apparet, quaedam tamen scabies & fetor cutem occupat. Eodem tēpore segnities corporis adest, tarda ac difficilis spiratio, mouendi difficultas. Morbo autem gliscente non solum hæc signa augentur, sed alia quamplurima nascuntur, quę illi striorem affectum reddunt. Cutis enim iam inæquabiliter crassa: tenuis, dura, mollisq; redditur, ac crebros tumores crebrasq; maculas obnet, atque lentore quodam oleoso velut peruncta, si aqua perfundatur, apparet, pilisq; decidunt, deinde vel tenues renascuntur, vel glabrū corpus remanet. Nasus resimus est, narsesq; intus astrictæ, foris vero amplæ ac velut intortę sunt. Musculi cum aliarum partiū, tum maxime pollicis atrophia absumentur. Laxiores vero corporis partes intumescunt, nempe humorem hunc facile recipientes: vt labra, supercilia, frons, mamentum. Sub lingua venę nigricantes ac varicosę visuntur, quę simili constitutione iecur præditum esse testantur. Sub hacq; & auribus crebre minutęq; velut glandulę, his similes quę in potius grandinis nomē habent, inueniuntur. In sum-

Elephātia-  
sis incipit  
tis notę.

Elephātia-  
sis iā gliscē  
tis notę.

ma, facies aspectu horrenda est. Si paululum corpus incaluit, cutis acubus pungi videtur, aut si refrigeratur, instar deplumis anseris exasperatur. robus paulatim in atrum mutat, colorisq; vigor demoritur. Raucam vocem quasi de nare edunt.

Quodd si magis adhuc morbus auctus sit, tumores crebriores ac maiores in tota cute oriuntur, ita vt digiti in manibus, pedibusq; saepe sub his condantur. Grauis odor ex ore spiratur, & e toto corpore foetor ex halatur. Magna ex parte cutis sensu priuatur exulceratur: & sanguis si ex venis mittatur, cinerulentus apparet. Turbulenta in somnia sunt, mens subdola, vitam vt amittere metuunt, sic generoso animo affectum ferre non possunt, nec hominum consortia. Multa alia id genus signa affectum hunc comitantur: quae qui atrae bilis mores norit, facile deprehendet. Bius mali curandi ratio haec est: iecur, si eius occasione vitium hoc sit ortum, ad natiuam temperiem reducendum est: & humor, qui totum corpus obsidet, vacuandus. Quoniam autem fecoris curationem is impedit, a vacatione auspicabimur.

At cum succus hic non solum venosum genus, sed vniuersum corporis habitum occupat, non vno vacuandi genere vtemur, sed sectis in cubitis venis, referatis hemorrhoidibus, puocatis mensibus, purgationibus, vomitionibus, errhinis, diammassematibus, cucurbitulis, lauationibus, frictionibus, exercitationibus, illitis medicamentis. Protinus igitur inter initia si morbus deploratus non est, & vires valide sunt sanguis mitti debet: primum ex cubiti dextri: deinde sinistri vena,

non

non affatim, ne malum sanguinem exhauriendo, bonum quoque detrahas. In multo enim inutili, benigni exigua est portio. proinde adhibendus in vacuando modus est. Paulatim igitur iterata venae sectione sanguis ducendus est, praecipueque in vere: quo tempore is magis abundat, morbusque & fit & augetur. Deinde mariscae si manare consueuerunt, euocandae sunt: si minus, hircudines his admouenda. Ex eiusmodi enim venis crassius faeculentusque humor magis effluit. Et si mulier est, quae patiat, ciendi menses sunt, nisi aetas prohibeat. Natura enim post humorem commode vacuatum, morbo superior euadit, calorque qui ab eius copia suffocabitur velut reuiuiscit, morbi reliquias potentius abigit. Post sanguinis vacationem, interpositis aliquot diebus, nepe vel nouem, vel decem, vt Paulus scribit, vt in his natura recreetur, viresque resumant, medicamentis, quae atram bilem ducant, vtendum est. Primum quidem leuioribus, vt in cancro diximus: deinde valentioribus. Itaque iteranda saepe purgatio est. Opportuna igitur huic morbo sunt epithimum, polypodium, & quam senam vulgo dicunt, veratrum, colocynthis, hieratium Rufi, tum Logadij, catapotia quoque ex fumo terrae, & alia multa id genus medicamenta. Solent recentiores ex fumo terrae, buglossio, scolopendrio, seri, polypodio, epithymo, fena, agario sirupum, ut Arabes vocant, conficere. quo subinde inter initia correptos hoc morbo purgant, quibus peractis vomitus ciendus est: deinde eliq;

Gal.

Z

Medica  
meta ele  
phantias  
accomoda

cienda per os & nares pituita. paulus leues cucurbitulas ori ventris, & hypochondrijs admouendas esse iubet, in potuq; cedriam ex aceto & cruda brasicæ succo mane & vesperi adhibendam esse, scillam quoque torrefactam ex mulsâ vel melle vel butyro elecmatis modo. Item cyrenaicum liquorem cum melle & butyro & alia id genus, quæ libro quarto idem author scribit. Sunt qui ad tuendam faciei pulchritudinem aut candente ferro, aut ex edenti medicamento caput exulcerent. Sudor euocandus siccis sudationibus est. *Friccio* adhibenda: postquam litu qui ab alto ad cutem euocet, ac digerat, metasyncriticon appellant, vtendum: postea rescicantibus ac stringentibus. Multa eiusmodi Aetius commentario decimotertio docet. In summa per omnes corporis vias, quibus quidem commode fieri poterit, eliciendus humor est. Cæterum ex omnibus que in hoc morbo conscripta sunt, maxime iuuantur viperinæ carnes in esu, tum ex his composita medicamenta, siue intro sumpta, siue foris admota. Sunt enim cum alijs plurimis, tum maxime huic affectui saluberrima. similitudine enim substantiæ humorem hunc tanquam venenosum trahunt, scilicet media inter ipsum & corpus curandum. Nam si veneno propinquiora essent, veneniritu læderent. Sin curando corpori similitudina, non attraherent, sed in substantiam corporis mutarentur, proinde nihil iuuarent. Moderata quoque in quantitate esse debent, ne largius sumpta grauiter lædant, parcius uero adhibita à vene-

no vincantur. Quantitatem dico non solum molem quæ adhibetur, sed & adhibitionum numerum. Eadem ratione sal & pastilli theriaci adhibendi sunt. quorum omnium componendorum rationem & vsum Galenus docet in eo libro, cui titulus est de Antidotis. Vbi vero morbus iam confirmatus est, manum admouere non licet. At quoniam plurimum incidunt periculosa symptomata: verbi gratia, spirandi difficultas, suffocatio, atque, vt semel finiam, ingens excrementorum prouentus, purgare per interualla licebit: non autem sanguinem mittere, nisi cum sponte & naturaliter fluit, aut per mariscas, aut locos muliebres.

## T E X.

Aliorum autem tumorum præter naturam nullius curandi rationem per chirurgiam ad te scribendam esse duxi, cum tu probatissima medicamenta a nobis acceperis. Ad strumas quidem quæ repellere, exiccare, & pus mouere queant.

## C O M M E N T.

Struma, inflammatio est glandularum in scirrhum mutatarum, quocirca curacionem egre admittit. Curatur autem, vt aliarum partium scirrhi, quatenus ad vitium ipsum attinet. Quatenus vero ad ipsius partis naturam spectat, aliam curandi rationem desyderat. Cum enim glandulæ aliæ corpori omnino sint necessariae, aliæ in quorem vsum præstent: quæ corpori sunt necessa-

Strum  
curatio.

fiæ, eximi citra magnum incommodum non possunt: cuiusmodi sunt quæ lac, saliuam, quæque pituitosum quendam humorem in faucibus & laryngæ generant, & in quas venæ ac arteriæ perueniunt. harum partium inflammatio aliarum modo curatur: nempe inter initia, astringentibus & exiccantibus, vt quæ quod influit, repellant, & quod iam locum obsidet, vacuent, affectamque partem roborent: quemadmodum ante declaratum est. Quod si totus humor is vacuari nõ possit, maturantibus est vtendum. At vbi iam induruerunt, non aliter quam aliarum partium scirrhi curantur: nempe emolliendi & digerendi ratione, quæ supra monstrata est. Quæ vero non magnum vsûm animantibus præbent glandulæ, hoc est, quæ in vasorum medio locatæ sunt, qua parte in ramos diducuntur, sine magno incommodo demum possunt, vbi iam in scirrhum sunt mutatæ: ideo aut ferro excidere, aut medicamentis exedere oportet. Quibus autem remedijs hæc fiant, ex Pauli Aeginete libro quarto petendum est.

## T E X.

Ad meliceridas vero, quæ & has digerant, & pus discutiant.

## C O M M E N T.

Steato-  
ma.  
Athero-  
ma.  
Meliceris,

In abscessuum genere tria, vt prius indicauimus, sunt frequentissima: nempe Steatoma, Atheroma, & Meliceris: a similitudine contentorum in his corporum dicta, vt Galenus docet. In

steatmate enim sæuo, in atheromate pulcicula, in meliceridæ uero melli similis materia continetur. quibus omnibus commune est, vt quod continetur, vel digeratur, vel putre reddatur, vel ferro excidatur. Steatoma enim ob contentæ materiæ duritiem neque digeri, neque putrescere potest, sed tantum excidi: Atheroma autem & excidi & putre reddi: Meliceris vero digeri, putrescere, & excidi. Putrefacere dicuntur, non quæ substantiam cum foetore corrumpunt, sed quæ sine hoc, sineque dolore, aut saltem non cum uehementi adurunt, eliquant, absumunt, & corrumpunt. quale est apud Paulum Aeginetam libro quarto, quod capit aluminis scissilis, sandarache, singulorum denarium quatuor: squammæ æris denarium vnum, auripigmenti tantundem.

## T E X.

Et quemadmodum aqua in scroto et abdomine cæterosq; hydropas curare oporteat didicisti.

## C O M M E N T.

Morbus intercus, quem Græci hydropa vocant, non contingit, nisi ex improspera sanguinis generatione. Hæc autem fit iccore vel primario vel aliarum partium consensu affecto: Primario quidē, dum vehementer id refrigeratur, seu inflammatione, seu obstructione, seu scirrhu obsessum, aut alia occasione tam interna quæ externa calorem natiuū vel extinguente, vel suffocare, vel dissipante. Refrigerare enim nunc dicimus tum proprie

Intercutis  
origo.

ut frigida portione quæ sua qualitate frigiditatem inducit: tum improprie, ut inflammacionem, scirrhum, obstructionem, & similes affectus, qui natiui caloris substantiam demoluntur. Consensu uero afficitur, dum alijs partibus eodem modo afflictis consentit. Nam si lienis occasione, ut docet Galenus, uel uentriculi, uel intestinorum cum aliorum omnium, tum maxime ieiuni in meseraicis uenis firmata sit intemperies hæc, cum simis iecoris partibus primum, deinde toto uiscere communicabitur. Similiter autem si uel pulmo, uel septum transversum, uel renes intemperie laborent, hanc primum, gibbae eius partes, deinde totum iecur contrahet, unde tandem sanguinis efficiendi dote frustrabitur. Ad eundem modum, si immodice fluant menses, uenter, nares, & in mulieribus menses, aut solitæ excretiones omnino suppressæ, uel largo uictu uel crapula usus sit, idem malum accidet, siquidem superflua uacuatio calorem natiuum dissipat, uniuersumque corporis habitum refrigerat. Retentio uero & immodica plenitudo calorem hunc uelut suffocat. Similiter autem longæ febres alijsque diuini affectus uires resoluunt. Quocirca non solum iecur, sed & uenter, & genus uenosum male suo munere funguntur. Unde hydrops nascitur. In summa, affectus hic morbis omnibus succedit, qui corporis habitum corrumpunt. Igitur iocinore uenisque non rite munus suum obeuntibus uitiosus sanguis alendoque corpori inutilis procreatur: nonnunquam in to-

ta corporis mole, ut Paulus ait, nonnunquam in ipso iecore, à quo nunc in uniuersum corpus fertur, nunc in spatium, quod peritoneo clauditur. Cum enim uenæ & renes per imbecillitatem non attrahunt, & iecur non expellit, sed nec continet, apertis poris eius, in ventris cauum humor elabitur. Attrahentibus uero illis, & iocinore expellente, in uniuersum corpus distribuit. Cum igitur uniuersum corporis habitum occupat, eam hydrophis speciem generat, quæ à græcis leucophlegmarias, uel hypofarcidias, uel anasarca dicitur. Cum uero intra peritoneum & subiectas partes collectus est, siquidem multus sit, ac flatus paucus, eam quæ ab utris similitudine ascites dicitur, procreat. Si uero humor paucus, flatus uero multus contineatur, à tympani sonitu quem percussum ædit, tympanites appellatur. Cui nisi succurratur, densescit in aquam uapore, in ascitem, transit. In omnibus autem his affectibus corporis coloris decor amittitur. non enim aliter atque in mortuis impalescit ob caloris natiui penuriam, cuius absentia corporis vigor ad robur omne elanguescit. In ascite semper, in tympanite non semper pedes intumescere solent. Raro autem in utroque affectu manus, ut in pthoe & longis affectibus. Humorem enim languidior uirtus in ascite suo pondere decliuem continere nequit, nec ubi iam in partem aliquam deuolutus est moderari. Igitur tumor uelut edematosis efficitur, scilicet aquoso humore in uaporem conuerso ob caloris imbecillitatem. Nascentur

leucophle  
gmaticas.  
Anasarca.

on zib) A

Ascites.

Tympani  
tes.

ex hoc malo & cibi fastidium: nisi cum frigida  
 qualitas malum hoc attulit. Sitis quoque vehe-  
 menter vrget, nimirum stomacho salsa ac putri-  
 fanie imbuto. Vrina pauca redditur, quod vel in  
 spatium peritonæo subiectum, vel in corporis  
 habitum transmissa sit. vnde & spirandi diffi-  
 cultas sequitur. Peculiariter autem in anasarca  
 corpus vnuersum intumescit, ceditq; premen-  
 tibus digitis sic, vt locus post pressum cauus re-  
 maneat. Pulsus vndosus est, latus, ac mollis:  
 quia humoris copia totum corpus occupantis,  
 arteriam reddit molliorem. In ascite pondere  
 venter grauatur, nec si pulsus, sonitum ædit, mo-  
 re vtris aqua pleni, sed si versetur, aut volutetur,  
 aut in latus mutetur, murmur quoddam velut de-  
 currentium aquarum auditur. Arteriæ pulsus par-  
 uus est, frequens, durus cum quadam tensione.  
 Nam contentus in ventre humor magnas arte-  
 rias intendit, ac grauatur & cor refrigeratur. Com-  
 munitatem autem ascitæ & tympanitæ est ventris cõ-  
 tentio & reliqui corporis tabes, nisi vbi per mor-  
 borum magnitudinem & longitudinem extre-  
 mæ partes intumescunt. Sed in tympanite ut gra-  
 uitas ventris minor est, sic distensio maior. pro-  
 inde percussus maior sonum ædit. Pulsum quo-  
 que longiorem minusq; imbecillum, quàm aliæ  
 duæ hydropis species, habet: utpote arteria cõ-  
 tingentium corporum, vt Galenus ait, pondere  
 minus pressa minusq; grauata, sed cum non mi-  
 nus tendatur, proindeq; minus obediatur, pulsum  
 durum ac celerem obtinet.

TEX.  
 Horum autem geminus scopus est, nempe  
 visceris scirrhum curare, & collectam hu-  
 miditatem digerere: De scirrhorum autem  
 viscerum curatiõne ante disputauimus. Itaq;  
 intercutis aquæ curatio ad hos tres scopos  
 reducitur: nempe vt visceris scirrhus sane-  
 tur: medicamenta, quæ humiditatem defic-  
 cant, imponantur: & quæ vrinam cient, in  
 potu dentur. Hæc quidem tibi ad longam  
 peregrinationem accincto sat esse arbitror.  
 Si vero vt ante dixi, opus de medicamentis  
 secundum genera, & affectos locos, scripse-  
 ro, illud quoque a tua peregrinatione reuer-  
 sus ex me accipies. Aliud autem magnum  
 opus de vniuersa curandi ratione, efflagita-  
 tibus amicis conscribetur. Quod si in ea pe-  
 regrinatiõne diutius detinearis, omnes quot-  
 quot scripserimus, cõmentarios ad te mit-  
 tere non grauabimur.

## COMMENT.

Non solum scirrhum visceris, sed & obstru-  
 ctiones & alias causas affectum aut afferentes aut  
 augentes curare oportet. quod cum humor aut  
 ventris aut totius corporis impediatur, à uacuatio-  
 ne curationem auspicabimur. quæ quidem omni  
 hydropi communis est. Sed quoniam eius diuer-  
 sæ sunt species, diuersæq; causæ, ut modo dictum  
 est, uacuandi modi sunt diuersi. Siquidem uni-

Vacuatio  
 omni hy-  
 dropi cõ-  
 munis.

Sanguis qñ  
in hydrope  
ducendus,

Quando in  
hydrope  
purgadū,

etiam  
quod in  
causa  
alium

uersum corpus intumuerit, causamq; malo de-  
derit suppressio aut hemorrhoidū, aut mēstrum,  
uel crapula, uel ocium, uel id genus alia causa,  
quæ humoris plenitudinem gignit, necessario ex  
uena sanguis ducetur, nisi ætas aut tempus aut ut-  
res aut aliud id genus prohibeat. Hæc enim mor-  
bi causam minuit, naturam exonerat, ac poten-  
torem reddit aduersus morbum quemadmodum  
in elephantiasi dicebamus. Sin scirrhus, aut ali-  
quis ex comprehensis affectibus hunc morbum  
procrearit, omiſſa uenæ sectione ad purgationem  
ueniendum erit, quæ omni hydropis speciei cō-  
munis est. Hæc autem sit medicamentis aquas  
trahentibus, non semel ac affatim data, sed sub-  
inde ac sensim repetita, ne unius medicamēti ue-  
hementia natura lædatur. A simpliciter igitur hie-  
rapicra purgationem auspicabimur, ut quæ sine  
ui potenter exiccet, detergat, roburq; uentri &  
uisceribus inferat. Deinde ad ualentiora trāseun-  
dum est, qualis radice ireos succus, & ut Paulus  
docet, ebuli radice in uino decoctæ ius, & cucu-  
meris syluestris in uino austero macerati diluti  
cyathi mensura in potu datum: item sambuci ra-  
dicis succus. Eadem uilitate datur titymalus, nisi  
quod uehementius remedium est. Cauendum au-  
tem ab omni uenato medicamento, ut quod  
ecoris affectum augeat, ut scāmionium. Alia id  
genus multa Paulus, Aetius, & Alexander scri-  
pserunt. Postea urinas prouocare oportet nardo,  
cumino, casta, dulci radice, hyperico, asaro, dau-  
co, pipere, seseli, & alijs id genus multis, siue per

se singulis, siue ex his aliquibus, siue simul omni-  
bus adhibitis, ut Paulus docet. Facit & ad hoc  
medicamentum ex amygdalis, cuius compositio  
hæc est: Anisi seminis, apij, asari, absinthij,  
amygdalarū amararum, singulorum pondo de-  
narium quatuor, ex aqua pastilli finguntur, sin-  
guli singulorum denarium, dantur ex mulla fe-  
bricitantibus: ex mulso, si non adest febris. Venter  
enim urinas & obstructions delent. Venter  
quoque acribus siccantibusq; clysteribus solici-  
tandus est, qualis est ex muria. Locis mulierum  
pelli ad menses euocandos indendi sunt, quales  
Paulus ad hunc modum describit: Anisi, carda-  
mi, cumini, nitri, aristolochiæ, scenigreci, pule-  
gij, ficuum, interioris pares portiones excipiuntur  
oleo susino, id est quod est ex lilijs confectum est.  
Post hæc aquarum sponte nascentium aut simili-  
um arte factarum usus frequens salutaris est,  
aliarum uero inutilis. Sudor quoque euocandus  
est non in exercitatione tantum, ut Celsus ait, sed  
etiam in arena calida, uel laconico, uel clibano,  
similibusq; alijs. Ventri quoq; imponuntur que  
uel humorem desiccant, uel uiscus roborent. De-  
siccat bubulus simus in sole arefactus, tritus, &  
ex aceto coctus, addita sulphuris quarta parte.  
Eadem utilitate pollet simus columbinus & ca-  
prinus. Item emplastrum ex fermento, aridis fu-  
nibus, calce, nitro, iride, sulphure, uino, lauri bac-  
cis, ammoniaco. Ad idem facit quod habet lapi-  
dis pyritæ, sulphuris uiui, ammoniaci, nitri, singu-  
lorum pondo denarium duodecim, cumini pon-

do denarium sedecim. excipiuntur cera & therebinthina, inductaque corio toti uentri imponuntur. Ex absinthio uero, scenugraeco & polenta fit cataplasma, quod iecori robur restituit. multa id genus medicamenta Paulus, Aetius, & Alexâder scripserunt: quæ referre longius esset. Satis enim est Galeni methodum explicare. Vacuato autè aliqua ex parte humore ad uiciati iecinoris aut partis quæ huic malo occasionem præbet, affectum curandum ueniendum est: nempe scirrhi & alias prius commemoratas causas, quarum curandarum rationem partim supra commemorauimus, partim in libris Methodi medendi Galenus tradit. Victus ratio desiccet, ac urinam prouocet sic, ut iecur non offendant. Itaque uinum austerum, sed quam tenuissimum, ut Celsus ait, utiliter adhibetur. Exiccat enim ac urinas mouet, roburque uisceris seruat. sed parce id sumendum est, neque enim id ultra dandum, quæ ut uitam seruet. Eiusmodi uirtutis cibi dandi sunt, qualis est panis probe fermentatus. Inter aues, perdices, gallinacæ, turtures, turdi, merulae. Ex piscibus, saxatiles, & id genus alia permulta quæ ex Galeni de Alimentis libris petenda sunt.

GALENI DE RATIONE CURANDI  
ad Glauconem libri posterioris,  
Martino Acakia Medico interprete  
& enarratore.

FINIS.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N  
O P Q R S T V X Y Z.  
Omnes sunt quaterniones.

Venetijs apud hæredes Lucae Antonij  
Iunt. Mense Ianuario.

M D XLVII.



GALENI DE RATIONE CANI  
quand ad Clancorum libi postionem  
in alio Manno Accet. Medico dicit  
pictis. colorator.


FINIS  
REGI STRAM  
W A B O D E R G H I K E M I  
O P O R T V X Y Z  
Omnes sunt dictiones.

Veneris apud heredes Lucas An  
toni lunc. Mene Januatio.

M D XLVII.









R II<sup>d</sup> 1087